7556

S. de Ricci's note, from his "Census", vol. 2, 1937:

"Lord Guilford sale (London, 8 Dec., 1830, IV, part of n. 510), to Cochran; sold in 1838 by Cochran (n. 178) to Sir T. Phillipps (n. 7845); his sale (London, 1913, n. 738) to Selden; obtained from a sale by Hodgson (London, 22 Nov., 1916, n. 490)."

FLORENCE. *Gild-Merchant.*

7556. In Latin and Italian, on paper: written early in the 16th cent. at Florence: 13½ × 9¼ in., i + 190 leaves: with ornamental pen-and-ink capitals.

Statutes of the gild-merchant of Florence: i (fol. 1). 'Incipiunt statuta vniuersitatis mercatorum et mercantie ciuitatis et prouincie florentine', in 3 books (foll. 2, 24ᵛ, 71), with prologue giving the date of issue as 1393 (*beg.* 'Cum statutorum vniuersitatis merchatorum et artificum Florentine urbis').

ii (fol. 82). 'Sequntur noua statuta et additiones facta post conclusionem dictorum statutorum', 1405–85, partly in Italian, partly in Latin.

iii (fol. 178: in a second hand). 'De penis cessantium et fugitiuorum', a section of the Florentine code dealing with recovery of damages, generally known as Tractatus de cessantibus et fugitivis: *beg.* 'Quicunque mercator uel artifex descriptus', ends unfinished in rubric ix 'Si uero dicti forenses uellent stare dicte concordie uel'.

Owned by Frederick North, 5th earl of Guilford (1766–1827) and part of lot 510 in the sale of his MSS., 11 Dec., 1830. Bought (as lot 178 ?) from Cochrane in 1838 by Sir T. Phillipps, MS. 7845 in his collection, and lot 738 in the sale, Sotheby's, 22 May, 1913. Bought by Sir W. Osler as lot 490 at Hodgson's auction sale, 23 Nov., 1916.

Hod. £2 XI. 22. 16 490 Florence—Statuta Unversitatis Mercatorum et Artificium Florentine urbis, 188 ll. *with large initial letters, marginal annotations in Italian,* folio, boards *Sæc. XVI.*

77 left out.
Error in pagination
but no leaf missing

J. F. W.
11.1.1917.

1 (vell.)

£4-15 wt. n

Latest refs herein

1475 & 1485, ~~1492~~

Notes on grotesque

capitals

Some annotations in Italian

Part of text

178
Statuta
Florentiæ

500/

Cochran

INCIPIUNT · STATUTA UNIUERSITATIS Mercatorum & Mercantie Ciuitatis & Prouincie florentine

Cum Statutorum vniuersitatis merchatorum et Artificum florentine urbis antiquis Temporibus editorum, aliqua propter contrarietatem, aliqua propter nimiam prolixitatem, aliqua etiam propter multas addictiones diuersis Temporibus postea factas confusionem inducerent. Adeoque eorum sensus nisi Cum magna difficultate haberi non poterat sed tam incerta in inditio uacillabat Adeo ut tolleretur Ambigua & litium prolixitates amputarentur & superflua resecarentur et ut dicta uniuersitas uiuat legum prospicua claritate per quas honeste uiuatur et ius suum unicuique tribuatur, fuit magnificum populum & comune florentie Infrascriptis egregijs & prudentibus uiris uiris actributa auctoritas & potestas quod statuta & ordinamenta uniuersitatis predicte congruis titulis subdenda de nouo componeret & promulgaret prout uiderit conuenire colligentes in unum que in diuersis statutis & reformationibus erant dispersa Quapropter Egregij & prudentes uiri. Dns,

Pazzinus dni francisci de strozzis
Johannes bartoli de biliottis
Andreas domini vgonis

sex consiliarij & officiales merchantie

Magister xpoforus georgij artium & medicine doctor
Pazzinus luce alberti
Matteus pauli richi galigarius
Dnus loctus uannis decastellanis
Stroza charoli destrozzis — pro arte Kalismale
Johannes bartoli debiliottis
Manectus bartoli de biliottis — pro arte cambij
Bartolomeus Johannis corbinelli
Johannes bartoli torricellariis — pro arte Lane
Johannes federigi &
Rodulphus benedicti mercarius — pro arte medicorum & spetiariorum & merciariorum

1393

Et auctoritate & potestate eis concessa de qua plene patet manu prouidi uiri ser miniatij neri scribe reformationum dicti populi & cois florentie die ultimo mensis octobris MCCCLXXXXIIJ volentes eis iniuncta cum omni industria & diligentia explicare & consecutioni mandare uigore auctoritatis & potestatis predicte & omni modo uia & iure quibus magis & melius potuerunt ad laudem & gloriam omnipotentis dei & eius matris marie uirginis gloriose beatorum appostolorum petri & pauli Johannis baptiste & Zenobij patronorum & protectorum dicti populi & cois nec non sanctorum Jacobi & filippi patronorum & defensorum dicte uniuersitatis & totius Curie paradisi ad laudem & reuerentiam sanctissimi in xpo patris & dni d. bonifacij diuina prouidentia pp nostri & sancte matris ecclesie nec non magnificorum dominorum priorum artium & uexilliferi Justitie dicti populi & cois & captolice partis guelfe & mercatorum & artificum uniuersitatis predicte Prouiderunt ordinauerunt statuerunt atque sanxerunt ut inferius per ordinem apparebit quorum rogandi dicta & ordinata spatium commiserunt per prouidos uiros

& paulum riccoldi & —— | ciues florentinos ad hec spe
Guccium franc.ⁱ andree —— | cialiter assumptos & deputatos
per ipsos officiales

De electione habitudinibus deueto & sin
dicatu officialis forensis mercatorum R.ª P.ª

Imprimis statutum & ordinatum est quod ad ele
ctionem offitialis forensis universitatis mercha
torum ciuitatis & prouincie florentine proce
datur modo & ordine infrascriptis videlicet quod officium sex
consiliariorum mercantie & merchatorum predictorum
ante finem offitij officialis forensis dicte uniuersi
tatis ad minus per tres menses sub pena librarum
centum pro quolibet eorum dicte uniuersitati applicanda
teneantur & debeant conuenire in domo siue pallatio
uniuersitatis predicte una cum offitio consulum quin
que minorum artium dicte ciuitatis et inter eos conferre
componere & mictere ad partitum & segretum scruptineum
de artificibus quinque artium predictarum utique bonis
legalibus & guelfis ciuibus florentinis habentibus & tenenti
bus libros & continuam residentiam facientibus ad fundacos seu apotecas artium predictarum & mictentibus extra
ciuitatem florentie & seu ad ipsam ciuitatem conducentibus
merchantias per se uel eorum socios discipulos aut factores
exceptis quantum ad hoc quod dicitur de merchantijs mi
ctendis illis de arte campsorum in quibus talis qualitas non
exigatur Et illi quinque qui pro qualibet dictarum quinque
artium preualuerint in numero fabarum nigrarum dum
modo quilibet eorum ad minus habere debeat duas partes
fabarum nigrarum adstantium ita tamen quod semper duas partes

predictorum omnium consiliariorum et consulum debeant interesse possint et debeant requiri et conuocari una cum uno exconsulibus cuiusque quindecim minorum artium eligendis per sex consiliarios predictos et conuocatos congregari in dicta domo siue palatio Et ipsis omnibus omnibus sic congregatis inter quos omnes dictos consiliarios consulum et arrotorum non possint esse nisi huic nominationi et electioni adesse nisi unus de eadem consorteria et unus de eadem societate nisi in casu quo in officio dictorum consiliariorum aut consulum esset aliquis de dictis consortibus et tunc possit in dicta congregatione esse et uocem habere ad plus duo de ipsa consorteria antequam dicti sex consiliarij et consules dictarum artium maiorum et minorum et arrotij quinque artium de dicto loco discedant in loco predicto in ipsorum omnium consiliariorum consulum et arrotorum presentia ita tamen quod ad minus due partes pro quolibet membro dictorum consiliariorum consulum et arrotorum debeant interesse et tam per dictos sex consiliarios quam per dictos consules et arrotos et quemlibet eorum possint et debeant nominari ad minus sex doctores et legum famosos et sufficientes doctoratos quorum quilibet sit de loco distante a ciuitate florentie per sexaginta milliaria uel ultra qui non habeat proibitionem ad dicto officio aliquam ex causis supra scriptis et infra et inter omnes sic congregatos quilibet ex dictis doctoribus sic nominatis possit et debeat mitti seu poni ad partitum per dictum officium sex consiliariorum ad fabas nigras et albas faciendo scriptineum secretum de quolibet eorum de per se et illi ex eis qui repertus fuerit plures fabas habuisse nigras dummodo habere debeat per duas partes ad minus astantium mictatur electio per dictos sex consiliarios, videlicet primo illi qui quelibet

aliorum excesserit in numero fabarum nigrarum Et si primus .I. ter
tiam diem dictam electionem a die presentationis huiusmodi
electionis sibi fiende non acceptaverit per publicum instru
mentum talis electio mictatur alijqui post primum plures
fabas habuit et sic subcessive per ordinem transmictatur talis
electio illi qui plures fabas nigras habuit dum tamen quilibet
ex eis semper duas partes fabarum nigrarum astantium habere
debeat, et due partes omnium predictorum debeant interesse
pro quolibet membro ut dictum est. Et quicumque ex dictis
doctoribus cui electio secundum formam predictam contin
gerit presentari ipsam electionem prius acceptaverit se
cundum formam predictam aliorum electio sit et esse intelli
gatur irrita et inanis. et talis acceptans intelligatur
esse et sit officialis forensis dicte universitatis pro tem
pore degno et prout in sua electione continebitur dummodo
non excedat tempus sex mensium et pro sex mensibus ad plus
possit fieri talis electio Ita tamen quod non sit prohibita aliqua
ex causis .I. dicendis Et si forte nullus ex dictis qui ob
tinuisset ut prefertur ipsam electionem acceptaret infra
terminum predictorum trium dierum: eo casu nominatio et ele
ctio dicti officialis fiat et fieri possit et debeat a capite
et de novo secundum modum et formam supradictum et eo
dem modo procedatur et fiat donec aliquis qui modo predicto
obtineat electionem acceptet. Ita tamen quod nullus possit
eligi vel assummi in officialem predictum et si eligeretur
non possit dictum officium modo aliquo exercere, vel ali
quod salarium percipere vel habere qui ante talem electio
nem fuit in dicto officio per sex annos Et qui cum alio aliquo
per se in aliquo officio Communis Florentie, ante per annos quin
que aut qui non sit de loco distante a minus per sexagi
ta miliaria aut qui non sit etatis ad minus triginta
sex annorum Qui officialis continuo retinere possit et de
beat suis expensis toto tempore sui officii duos bonos et

legales notarios et sex berrouarios forenses quorum nullus sit
de ciuitate comitatu uel districtu florentie. Sed ipsorum
quilibet sit esse debeat de loco distante a ciuitate
florentie ad minus per xxx miliaria. Et quorum nullus fu
erit in ciuitate florentie ad aliquod officium saltim per
duos annos ante initium officij officialis predicti. Et habeat
et habere debeat officialis predictus pro suo salario
et mercede et pro dictis notarijs berrouarijs et familia
et pro aduentu mora et redditu ad in(?) et de ciuitate
predicta occasione sui officij in totum librarum septin
gentas fl. sibi soluendas per camerarium dicte uniuer
sitatis de pecunia dicte uniuersitatis de duobus men
sibus in duos menses. saluo quod salarium ultimorum duorum
mensium non debeat habere nec sibi solui possit
set nisi post quam sindicatum sui officij fuerit absolutus
uel sententie sindicatus paruerit. Et si quod absit mor
te uel aliquo casu superueniente suum officium non
complere sibi debeat satisfieri pro rata temporis quo
seruiuerit et non ultra. Et nil aliud petere uel exigere
uel habere possit uel debeat ipse uel aliquis de sua
familia ab uniuersitate predicta uel aliqua singula
ri persona occaxione aut sub protestu officij supra
dicti aut eorum que superius enarratur modo aliquo siue
iure nisi quatenus sibi uel sue familie concederetur ex
forma statutorum dicte uniuersitatis. Qui officia
lis cum tota sua ~~familia~~ comitiua debeat se repre
sentare pro dicto officio assumendo saltem per duos
dies naturales ante introitum sui officij. Et debeat
residere continuo durante dicto officio in palatio siue
domo dicte uniuersitatis et ibidem suum officium
bene et fideliter exercere ius et iustitiam unicuique
fauorabiliter et summatim facere et ministrare secundum

q sibi concederetur ex forma iuris statutorum et ordinamentorum dicte universitatis et cois florentie possit etiam dictus officialis et eius notarii berrovarii et familia per civitatem comitatum et districtum florentie ferre quecumque arma tam offendibilia quam defensibilia licite et impune toto tempore sui officii et etiam tempore sui ad ueltus sindicatus et recessus a civitate predicta qui officialis nequeat cognoscere vel se intromictere de vel super aliqua causa que controversia vel discordia q moveret per aliquem de terra vel loco unde esset dictus officialis sed talis de terra predicta possit si voluerit habere recursum ad dominum potestatem civitatis florentie et eius iudices civilium causarum et quilibet eorum qui super ipsa ea questione controversia seu discordia cognoscere et diffinire possit sicut posset aut potuisset officialis predictus si talis qui litem causam seu questionem moveret non esset de terra vel loco dicti officialis Finito vero et completo officio dicti officialis idem officialis cum dictis eius notariis et familia debeat ad sindacatum stare per sex dies continuos immediate post tempus dicti sui officii et ultima die dictorum sex dierum debeat ferri sententiam absolutionis vel condempnationis et si non ferretur intelligatur esset et sit ipso facto absolutus

Et sindacari possit et debeat de omnibus et singulis obmissis commissis et neglettis in dicto officio contra formam iuris statutorum et ordinamentorum ~~comunis florentie~~ dicte universitatis per dominum executorem ordinamentorum iustitie civitatis florentie et eius curiam et sindicos eligendos vel extra a deo secundum formam statutorum et ordinamentorum dicti cois aut dicte universitatis

[margin note:] et possit e impune ... dicti quem ... aliquem ... terra di offi[illegible]

Quorum sententie et mandatis idem officialis teneat et debeat
acquiescere et parere omni et quacumque oppositione appel
lationem contradictionem et consilii sapientis petitione
cessante

Qui officialis teneatur et obligatus sit respondere pro toto
eius familia Et teneatur et debeat sub uirtute prestiti
iuramenti ac etiam sub pena librarum centum f. p. pro qualibet
uice procurare et facere ita et taliter quod eius ser
rouarii et familia uel aliquis alius de sua comitiua
uel nuntii dicte uniuersitatis uel aliquis eorum non petat
uel recipiant quoquomodo aliquod salarium seu pagamentum
uel aliquid aliud ultra uel aliter quam sit permissum per statuta
et ordinamenta dicte uniuersitatis edita uel edenda et si quem
inuenerit contra facientem uel recipientem eum teneatur et de
beat coherere et punire et condennare etiam de facto et sine
aliquo processu uel solempnitate quamda prout sibi uide
bitur

Et non possit uel debeat dictus officialis sindacari durante
ipsius officio et si sindicaretur non ualeat nisi sibi solui possit
per camerarium dicte uniuersitatis uel ipsam uniuersitatem
residuum sui salarii uel dictorum duorum ultimorum mensium

De reductionibus habitudinibus imborsationibus extractionibus de ueto officio et balia sex consiliariorum mercantie Ciuitatis florentie R. xij

Cum in quolibet officio uel magistratu sint etatis
maturitas morum grauitas et humanorum actuum ex
perientia inquirenda multo fortius in officio sex
consiliariorum hoc opportet inquiri Qui ad curam aliorum
prepositi in se ipsos debeant ostendere qualiter sit norma
iustitie et speculum equitatis Et propter statutum est quod quan
cumque uideretur esse necesse officio sex consiliariorum

mandatis et uoluntatem scruptineum illorum merchatorum et artifi
cum qui esse debeant in dicto et de dicto officio consiliariorum
videlicet quinque proborum et artificum qui sint et esse debeant de
quinque maioribus artibus dicte ciuitatis et unus alterius
artificis qui sit et esse debeat de membro quindecim
minorum artium Ciuitatis predicte in hunc modum videlicet de
merchatoribus et artificibus uiginti artium fiant et fieri
debeant reductiones per consules ipsarum artium videlicet uniuscuius
cuiusque artis de per se Et fiant dicte reductiones de omnibus
et singulis illis bonis et sufficientibus merchatoribus et arti
ficibus qui pro bonis et sufficientibus et ad dictum officium
consiliariorum fuerint aprobati et obtinuerint in arte sua
partitum ad solempne et segretum scruptineum inter con
sules dictarum artium tam maiorum quam minorum et uiginti ar
rotos et adiunctos ad minus bonos et legales de qualibet
et pro qualibet arte artium predictarum Quorum arrotorum
quilibet sit etatis ad minus triginta annorum eligendos
per officium consulum cuiuslibet dictarum artium tam minorum
quam maiorum de per se Qui sic reducendi ad dictum et pro dicto
officio sex consiliariorum sint esse debeant quilibet eorum eta
tis ad minus triginta quinque annorum et tales qui consue
uerint mictere et mictant merchantias ex ciuitate
florentie uel ad ipsam ciuitatem per se uel eorum co
socios aut factores conduci et deferri faciant Excep
tis quantum ad hoc artificibus dictarum quindecim
minorum artium et campsoribus in quibus non requiratur
necessario dicta qualitas mictendi uel conducendi mi
norum artium et campsoribus in quibus non requiratur
necessario dicta qualitas mictendi uel conducendi mer
chantias ut dictum est et qui continuam residentiam
faciant ad eorum fundacos seu apotechas et qui sint ueri
ciues ciuitatis predicte guelfi et habiles ad officia secun
dum statuta et ordinamenta comunis florentie. Qui co

sules et arroti artium predictarum antequam ad dictam scruptineationem procedant prestare debeant solemnitate iuramentum de non ponendo in arte sua ad partitum et de nulla tenus reducendo ad dictum aut pro dicto officio sex consiliariorum aliquem non habentem conditiones et qualitates predictas et fiant dicte reductiones de dictis mercatoribus et artificibus qui obtinuerit in artibus suis in scriptis clause et sub secreto sigillo cuiuslibet artium predictarum de per se et officiali forensi universitatis predicte tradantur sic clause et sigillate per singulos notarios singularum artium predictarum statim post scruptineum celebratum in tempus quatuor dierum sub pena librarum quinquaginta parvorum pro quolibet consulatu et notario talis artis per dictum officialem forensem merchatorum etiam de facto et dicte universitatis applicanda. Quibus reductionibus sic factis et traditis officiali predicto omnes et singuli qui fuerint relati et reperti in dictis scruptineis obtinuisse partitum ipsis scruptineis primo apertis et desigillatis per dictum officialem in presentia dictorum consiliariorum possint et debeant infra x dies videlicet primo illi de quinque maioribus artibus scruptinari et de quolibet eorum de per se solemne et secretum scruptineum fieri ad fabas nigras et albas ut moris est inter dictos sex consiliarios tunc temporis existentes et consules dictarum quinque maiorum artium cum octo et non pluribus aliis merchatoribus seu artificibus de qualibet et pro qualibet quinque artium habentibus conditiones et qualitates superius expressas in aliis arrotis predictis eligendis per dictos consiliarios et consules ipsarum artium ad solempne et secretum scruptineum inter ipsos omnes celebrandum Qui sint de illis tamen modo merchatoribus seu artificibus qui in sua arte in dictis scruptineis obtinuisse partitum reperiretur Ita tamen quod ad ipsum scruptineum sex consiliariorum faciendum in domo

de scruptineo et eius modo

dicte universitatis mitti debeant ex ipsis omnibus scrupti
natoribus dictarum quinque maiorum artium ad minus quinqua
ginta Et quicumque ex dictis merchatoribus et artificibus dictarum
scruptinandis ut dictum est obtinuit partitum per duas partes
ad instantiam ut dictum est possit et debeat imbursari per
retemptores dicti scruptinei quilibet parte sua et imbur
sa deputanda pro arte sua et michi et poni in capsa con
sueta talium bursarum custodienda in sagrestia ecclesie sancti
romuli ut est moris

Nullus tamen nisi semel et in unica arte possit et debeat reduci
aut describi et si reductus vel descriptus fuit non debeat
neque possit scruptinari vel imbursari nisi tamen semel
unica arte. Et quod contra fieret sit irritum et inane et
secretum dicti scruptinei debeat retineri per officialem
forensem dicte universitatis et pro illos religiosos et notari
os per quos et quemadmodum per dictum officium sex consiliariorum
fuit ordinatum. Alij autem artifices de membro quinde
cim minorum artium sicut conferetur reducti pro portione
et rata ipsis minoribus artificibus contingente indicto
et dedicto officio sex consiliariorum postea successive tamen
indictum tempus decem dierum debeat scruptinari

Et fieri possit et debeat partitum de unoquoque de per se ad
secretum scruptineum inter dictos consiliarios et unum ex
consulibus et duos arrotos de et pro qualibet arte vigintiarum artium
eligendos per officium sex consiliariorum predictorum qui sint et
esse debeant veri et reales artifices et matriculari in eorum
artibus dumodo tali scruptinationi interesse debeant ad
minus quadraginta quatuor et quicumque ex ipsis sic scru
ptinandis obtinuerit partitum per duas partes ad instantiam
dumodo intersint ad minus numeri supradicti possit et
debeat imbursari in una bursa ad id deputanda per re
temptores huius modi scruptinei ponenda in capsa predicta
et custodienda ut supra De quibus quidem bursis tem

poribus debitis impalatio siue domo universitatis predicte pos
sint et debeant extrahi per dictum officialem forensem consili
arij universitatis predicte videlicet unus de qualibet bursa quinque
maiorum artium Et sextus de bursa membri quindecim minorum
artium Et tales sic extrahendi per offitialem forensem universi
tatis predicte in presentia consiliariorum nec non et consulum
dictarum quinque maiorum artium aut saltem duodecim civium
merchatorum et artificum quinque maiorum artium intelligantur
esse et sint veri et legiptimi consiliarij universitatis predicte
et possint et debeant per dictum officialem cogi ad dictum offi
offic sex ni possit renuptiari — cium acceptandum et faciendum sub pena librarum centum
parvorum Et nichilo minus acceptare et facere teneatur et debeat
salvo eo quod infra dicatur et ipsorum extractio fieri debeat ante
initium eorum officij pro octo dies ad minus Et ipsorum offiti
um sumant initium in chalendas Januarij cuiuslibet anni et
duret per tres menses continuos et non ultra et quicumque erit
devieta dominorum sex. — de dicto offitio habeant et habere intelligatur devetum ab eodem
offitio ex propria persona per unum annum a die depositi officij
numerando. Et ex persona sui consanguinei vel consortes
aut sotij in eadem arte vel merchantia per sex menses
et dicti artifices dictarum quindecim minorum artium debeant
devetum ex propria persona per duos annos a die depositi offi
cij ex persona vero consanguinei et consortis et sotij, illud
quod supra de alijs quinque maioribus artibus est expres
sum Et quelibet dictarum quindecim artium pro qua aliquis
ad ipsum officium fuerit extractum habeat de vetum per
unum annum et quicumque tempore quo extraheretur ad di
ctum officium et seu tempore quo talem officium veni
ret initiandum esset aut esse deberet in officijs dominorum
priorum artium et vexilliferi Justitie et gonfalon societatum
populi vel duodecim bonorum virorum Comunis florentie offitiorum
balie octo custodie aut capitaneorum partis guelfe officiorum

montis regulatorum dicti comunis aut consulum alicuius viginti
artium Civitatis florentie habeant et haberi intelligantur de-
vetum a dicto officio sexconsiliariorum et si qui preesset dicto
officio sexconsiliariorum et extraheret ad officium priorum
vel vexilliferi iustitie vel eorum collegiorum et dictum officium consi
liariorum non fecisset seu talis officio non prefuisset per qua
draginta quinque dies vel ultra alius debeat extrahi loco
sui pro residuo temporis quo erat duraturum officium suum
huiusmodi extracti vel assumpti ad aliquod ex dictis officiis
dominorum priorum et vexilliferi iustitie gonfaloniorum societatis et duo
decim bonorum virorum Et si quis ex dictis marsupiis extra
heretur et esset absens a civitate florentie per sexaginta
miliaria et saltem infra quintam diem non rediret a civitate
florentie ad ipsum officium acceptandum vel esset infirmus
adeo quod dicto officio interesse non posset vel haberet devetum
ab ipso officio possit et debeat remicti imbursari ut quando
fuerit extractus
Et illico procedi debeat per ipsum offitialem et ipsa met bur
sa ad extractionem alterius loco talis. Remissi.
Et quicunque occurret in extractionibus fiendis de dicto offi
cio consiliariorum omnes illos qui esset in dictis marsupiis
vel aliquo eorum habere devetum secundum formam ordina
mentorum dicte universitatis tunc de tali bursa extrahi de
beat qui minus devetum habuerit dummodo simul et
semel esse non possit nisi unus de eadem societate vel
consorteria per lineam masculinam nec socius vel consor
alicuius qui esset seu fuisset in dicto et de dicto officio
possit inmediate succedere vel interesse in dicto eodem
officio Et si in talibus bursis vel aliqua eorum non repe
riretur nisi socii vel consanguinei alicuius extracti sive
in dicto casu debeat extrahi alius de novis bursis pro

illa arte de qua esset vel essent huiusmodi habentes de-
uetum nō obstante quod supra dictū est.

Quis cessauerit in officio perdat off.

Nullus tamen forensis vel qui cum rebus et pecunia alienis cessauerit vel aufugerit possit et debeat nominari assumi vel recipi ad dictum officium Et si fuerit receptus nō possit dictū officium exercere et quicquid secus fieret sit in rito et inane Et siquis dum esset in dicto officio aufugeret vel cessaret Cum rebus et pecunia alienis extempore sue cessationis et fuge, ipsum officium nullatenus prosequatur sed ipso facto inde intelligatur esse et sit remotus et ad extractionem alterius loco sui procedatur et procedi debeant infra .3. dies post officiales predictum sub pena librarum Centum pro eidem officiali tempore sui sindacatus auferenda et nichilominus quicquid per ipsum sic cessatem vel fugitiuum post ipsius cessationem vel fugam in dicto officio factum fuit nō valeat et nō teneat ipso iure.

hoc addito et declarato quod de nouo ad faciendū dictū scruptineum dictorum sex in domo dicte artis uniuersitatis nō possit esse nisi unus de eadem consanguinitate vel consorteria per lineā masculinā nec nisi unus de eadem societate saluo quod si contigerit aliquem de dictis cōsanguineis vel cōsortibus presse offitio tunc dictorum consiliariorum vel in aliquo consulatu qui respectu sui offitii consulatus deberet interesse tali scruptineo consiliariorum tunc et in dicto casu possint esse ad dictum scruptineū celebrandū in totum et inter omnes de dicto nūo dictorum scruptinatū duo de eadem consanguinitate vel consorteria et nō plures nō obstante quod superius dictum est.

possint eligere procuratores

Et possint dicti consiliarii et due partes eorum pro dicta uniuersitate et prouitate mercatorum et artificum ipsius uniuersitatis quando et quotiens uiderint expedire cursorem et ambasiatorem unum et plures eligere et deputare pro eo tempore

et cum ea comissione et mandato cum quibus volet et cum
salario statuendo per dictos consiliarios cum officiis consiliarii
dictarum quinque artium. Item possint similiter dicti consiliarii
predicta universitate tam ad negotia quam ad lites quotiens
voluerint constituire et ordinare et procuratores cum eis
mandatis modis et formis capitulis et articulis et pro illis
temporibus quibus que ad modum volentes etiam ante litem
contestatam per eos et quomodocumque Et tales qui sic constituti
et ordinati fuerint per dictos sex intelligantur et sint veri et
limi sindici et procuratores universitatis et pro universitate
predicta ad omnia et singula et omnibus et singulis que in tali con
stitutione et mandato comprehensa fuerint in illo termino
so obstante. Ac etiam notarios semel et pluries et quoti
ens eligere et deputare et electos seu deputatos revo
care et prout eis videbitur ad cancellandum omnes et
singulas condennationes et bampna et apta que cancellari
deberet vel occurreret Qui notarius cancellans possit
accipere pro suo salario illud quod esset conveniens
dummodo non excedat quantitatem unius floreni auri
pro qualibet cancellatione

Item quod de cetero prepositus offitii dictorum sex et non debeat
retinere sub sua custodia sigillum maius dicte universitatis
Item possint eligere cancellarium dicte universitatis cum
offitio modis et formis et prout et sicut et quemadmodum voluerint
Item possint tam dicti consiliarii quam dicti offitiales forensis
quando et quotiens voluerint et viderint expedire pro
utilitate dicte universitatis et pro opportunitatibus ipsius uni
versitatis artium et artificum consulum seu capitudi
nes artium civitatis flore et cuiuscumque earum adunari
et adunari facere per officialem predictum in domo sive
palatio universitatis predicte

possint adunari facere capitudines

Et non obtemperates eorum mandatis ad deliberationibus punire
multare et condenare et puniri multari et condepnari fa

cere ... dictum offitialem forensem prout et sicut eisque amodum
uiderit conuenire Jtem quod in aliqua causa uel questione per
tinente ad aliquem qui esset indicto uel de dicto offitio consi
liariorum uel ad eius sotius uel sotietate non possint uel debeant
interim procedi sed debeat supsederi donec offitium tale consi
liariatus finem acceperit et interim aliqui termini uel
aliqua prescriptio non currat uel curre intelligantur in tali
causa uel questione et quicquid secus fieret sit irritum et
inane. Possint quoque dicti consiliarij eisque liceat una cum
quatuor domini et guelfis mercatoribus et artificibus per eos
eligendis de qualibet et quinque maiorum artium quorum quilibet sit
etatis ad minus triginta sex annorum et quorum duo ad minus
pro qualibet artium predictarum sint consules aliquarum dictarum
artium cessare et remouere ac etiam suspendere ab offitio et ad
ipsum et in ipso offitio reponere et reintegrare quotiens eis uel
duabus partibus omnium predictorum uidebitur alijs etiam ab
sentibus et inrequisitis offitialem dicte uniuersitatis Ac etiam
ipsi soli consiliarij et due partes eorum notarios et familiares
dicti offitialis ac etiam nuntios dicte uniuersitatis et quemlibet
eorum et quo magis eis uideretur

Jn causis spettantes ad aliquem ex officio sex no procedatur

vide pro addit. in hoc c. 68.

possint remouere offic.

Et quicquid per eos uel duas partes eorum ut dictum est circa predicta factum fuerit ualeat et teneat et possit et debeat in
uiolabiliter obseruari

Possint etiam dicti consiliarij et teneantur et debeant statuta
et ordinamenta loquentia de solutionibus faciendis dicto
offitiali forensi uel eius berrouarijs uel familiaribus
aut nuntijs curie dicte uniuersitatis pro capturis et
sequestrationibus et alijs offitijs faciendis manutenere et
facere effectualiter obseruari. Ac etiam corrigere cassare
remouere et pro predictis et circha predicta noua statuta
et ordinamenta merita facere et ordinare quotiens eis ui
debitur et quicquid in predictis et circha predicta uel eorum

occasione per eos uel duas partes eorum factum uel uel ordinatum
fuit ualeat et teneat et plenam roboris obtineat firmitatem
Et quod omnes et singuli officiales forenses et consiliarii uniuer
sitatis predicte pro tempore existentes omnes et singulas lites
questiones et controuersias Coram ipsis officialibus forensibus
et consiliariis simul aut coram ipsis consiliariis et eorum examini
ne tantum motas uel existentes uel in futurum mouebuntur uel
existent quarum congnitiones et decisiones ad ipsos officiales forenses
et sex consiliarios simul uel ad ipsos officiales forenses tantum aut
ipsos consiliarios tantum spectaret teneantur et debeant sub pena
periurii ac etiam librarum centum paruorum pro quolibet eorum auferenda per
quemcumque rectorem et officialem communis florentie etiam sumarie
et de facto et communi florentie pro una dimidia et pro alia dimidia
dicte uniuersitati applicanda celeriter expedire et termi
nare per diffinitiuam sententiam et partes litigantes inuicem
concordare et sedare per uiam compromissi et laudi uel alio
modo.
Itaque ab omni huiusmodi lite questione uel controuersia dif
finitiue et totaliter recedat saltem .i. tres menses proxime
secuturos postquam mote uel incoate fuerint nisi in aliquo casu
minor terminus esset uel reperiretur statutus et ordinatus
pro aliquod statutum uel ordinamentum uniuersitatis predicte
quo casu .i. ipsum minorem terminum possint et debeant
talis causa questio uel controuersia terminari sub eadem pena
Et si contingat offitium ipsorum officialium forensium seu di
ctorum consiliariorum interim infra dictos tres dictos tres menses
spirare huiusmodi litibus causis seu controuersiis non ter
minatis ut dictum est. Eo casu subcessor uel subcessores
in dicto officio seu offitiis sub simili pena teneantur et
debeant .i. residuum dicti temporis trium mensium uel saltem
infra mensem proxime uenturum post dictos tres menses ta
les lites questiones et controuersias diffinitiue et totaliter

expedire et terminare vel partes litigantes sedare et concordare ut superius dictum est

Quo possit allegari absentia conventi.

Salvo et reservato quod si infra quindecim dies proximos a die quo huiusmodi lites questiones seu controversie mote essent proponeretur seu allegaretur quod pars citata seu conventa esset absens extra territorium florentinum sive quod fuerit talis citatus seu conventus esset in remotis partibus et in rei veritate sic videretur esse dicto officiali et sex consiliariis eo casu facta sufficienti fide de predictis tali conventio seu citato possit dari terminus petens secundum loci distantiam ad comparendum vel ad dicta eius iura producendum Qui terminus non computetur in dicto tempore seu temporibus dictarum litium seu controversiarum terminandarum ut dictum est

Item possint dicti consiliarii quecumque utilia pacta universitate facere et providere dummodo non sint contra aliqua statuta dicte universitatis

Vacante officio sex succedant.

Et vacante officio dicti officialis forensis quod dicti sex consiliarii possint omnia et singula in cumbentia officio dicti officialis forensis facere et administrare in omnibus et per omnia prout posset ipse officialis forensis si adesset et eandem habeant potestatem et auctoritatem.

Deliberationes debeant fieri ad fabas nigras et albas

Item quod omnes et singule deliberationes provisiones pronunptiationes et actus qui et que venirent collegialiter faciendi per dictos sex consiliarios aut consules vel arrotos vel alios officiales vel commissarios dicte universitatis debeant fieri et nota omnibus exequiri ad secretum scruptineum ad fabas nigras et albas ut est moris Et faba nigra habeatur pro sic et alba pro non

Quid quod factum per duas partes valeat

Et ubicumque disponitur per statuta et ordinamenta dicte universitatis et artium quod dictorum et officio sex consiliariorum quod dictorum seu consulum vel arrotorum vel aliorum officialium dicte universitatis

uel indicta universitate intelligatur et verificetur de duabus
indivuabus partibus eorum omnium . Itaque quod due partes eorum omnium
possit facere et administrare aliis etiam absentibus et vel inre
quisitis aut presentibus tacentibus vel contradicentibus seu quomo
dolibet impedictis et quicquid per duas partes factum et admini
stratum fuit valeat et teneat ac si per omnes ipsos factum
et gestum foret salvis casibus in quibus expresse maior nu
merus requireret aut minor sufficeret ex forma
alicuius statuti vel ordinamenti universitatis predicte aut
com. florentie

Item quod dicti consiliarii pro aliquali remuneratione ipsorum
laboris et pro honore universitatis predicte habeant et eis tra
di debeant per camerarium universitatis predicte, pro quolibet
consiliariorum predictorum quatuor uncie groci et una libr
piper vigintiquinque in casoria et trigenta parasside et acero et
una Zana Que ensenia emi debeant per dictum camera
rium de pecunia universitatis predicte et dari et tradi rea
liter ut est dictum nec possint dicta ensenia per dictum
camerarium converti vel comutari in aliam speciem seu
genus vel in aliam quacunque rem sub pena libr centum
dicto camerario imminenti si contrafecerit aut predicta
non servaverit Et nihil aliud ipsi consiliarii sub pretextu
vel occasione eorum officii a dicta universitate aut de pecunia
sive bonis eiusdem possint recipere percipere vel habere
aliqua via vel aliquo modo directo vel indirecto

De reductionibus imbursationibus extractionibus
omnibus habitudinibus et de vetito Consulum vi
ginti artium Civitatis Flor. et Reg. eis

Cum per capitudines Civitatis Florentie multa
ardua negotia terminentur expedit ut ad ipsa offi
tia tales viri commendabiles et egni iudicii assum

matur quod eorum subdicti contineatur operibus exoptande in statim et limites honestatis Quapropter est prius ordinamento promissum quod quandocumque esset seu videretur expediens aliquam artem de infrascriptis artibus civitatis florentie consulatus officio reformari procedat in hunc modum videlicet quod factis et celebratis solemniter et more per partes quod dictas et quamlibet ipsarum scruptineis secundum exigentiam ordinamentorum communis florentie Cum talis approbatorum per comune florentie de huiusmodi officiis consulatus ipsa scruptinea sic celebrata debeant ad officiale dicte universitatis sigillata sigillo dicte artis et per notarios ipsius artis portari et referri infra terminum quatuor dierum sub pena librarum quinquaginta pro quolibet consulum et pro quolibet notario talis artis et dicte universitatis applicanda.

De scruptineo consulum

Et factis huiusmodi reductionibus dictorum scruptineorum dictorum artium vel alicuius earum ut dictum est videlicet Kalismale campsorum porte sancte marie medicorum spetiariorum vaiaiorum beccariorum calzolariorum fabrorum linaiolorum et rigatteriorum magistrorum lapidum et lignaminum vinatteriorum albergatorum pizichagnolorum pezzariorum et galigariorum coraZariorum et spadariorum corrazzaiolorum et ferraiolorum coraggeriorum et tavolacciariorum legnaiuolorum et fornariorum dictis officialis propredictis scruptineis postea celebrandis in palatio dicte universitatis per dictum officialem et alios ut infra dicetur de et pro infrascriptis quatuor artibus maioribus videlicet Kalismale campsorum porte sancte marie medicorum et spetiariorum teneatur et debeat congregari facere sex consiliarios merchantie et consules dictarum quatuor artium ac etiam consules artis lane vel ad minus duas partes omnium predictorum in domo universitatis quod dicte et incontinenti post aprituram et designationem scruptineorum dictorum quatuor artium per officium

dictorum consiliariorum

dictorum consiliariorum eligant et assummatur otto pro qualibet
dictarum artium qui sint vere guelfi etatis ad minus triginta
annorum et veri et reales mercatores et artifices dictarum artium
et matriculati in arte pro qua eligeretur et habiles ad officia
communis florentie. Et qui in scruptineis predictis suarum artium tunc
partitum obtinuerit dummodo de arte lane eligantur duo
pro qualibet conventu. De quibus quidem ad dictos consili-
arii et consules non possint esse de eadem progenie vel con-
sorteria nisi unus sub pena periurii et librarum centum f.p. pro
dimidia communi florentie et pro alia dimidia dicte universita-
tis applicanda tam eligenti quam electo seu adsumpto etc.

Salvo quod si dicti officialis dictorum consiliariorum seu consulum et
vel alterius eorum esset aliquis de dictis consortiis
sive de eadem progenie alicuius dictorum ad invicem tunc
possit inter omnes predictos consiliarios consules et ad
invicem duo in totum de eadem progenie vel consorteria
adesse non obstante quod supra dictum est. Et quod nullus qui
non fuit de dictis ad dictos seu arrotis per eos nullo pos-
sit dicto scruptineo adesse vel se inmiscere sub
pena librarum centum f.p. tam eligendi quam electo pro
quarta parte dicto officiali forensi et pro reliquis
dicte universitatis applicanda. Et nihil hominus nul-
lus quoquo esse de dictis electus ut prefertur usque in
numerum predictum possit etiam si obtinuerit in dicto
scruptineo imbursari ad dicta officia consulatus et
eius cedula per officialem predictum debeat et laniari
sub pena librarum centum f.p. officiali qui predicta
non servaverit auferenda et dicte universitati appli-
canda. Et nihilominus si imbursaretur contra
predictam formam tempore extractionis de eo fiende
eius cedula debeat et laniari nec vigore huiusmodi

extractionis possit talis extractus huiusmodi officium accep
tare obtinere facere vel exercere sub pena florenorum [illegible]
libr quingentarum ut supra exigenda et applicanda Et quod hu
iusmodi eligendi ut prefertur debeant consignari pro offici
alem predictum et si alij a predictis reperiretur ad esse de
beat repelli sub pena libr ducentarum dicto officiali aufe
renda et dicte universitati applicanda Et quod tales sic
scruptinati et relati per partes predictas ut prefertur singula
riter mitti debeant ad partitum et secretum scruptineum
ad fabas nigras et albas ut moris est inter ipsos consiliari
os consules et adiunctos predictos consiliarios ut dictum est
Et qui ex ipsis partitum obtinuerit ad minus per duas par
tes ad instantium dum tamen due partes omnium predictorum
debeant interesse intelligatur esse et sit vere consul talis
artis propria quam relatus et scruptinatus fuisset ut di
ctum est et possit et debeat imburs[ari] in imbursa consulum
talis artis ad id ordinata

De alijs autem quindecim minoribus artibus superius nomi
natis cura scruptinea earum artium et reductiones fi
endas de ipsis ad dictum officium observet formam et
modum supra in alijs ordinatis Et quod dicta saltem infra
alios iiij dies post dictos primos quatuor dies dictus offici
alis teneatur et debeat congregari facere officio dictorum
consiliariorum et unum ex consiliaribus de quatuor viginti un
ius artium Civitatis flor[entie] et duos arrotos sine ad iuctos
pro qualibet artium predictarum eligendos tunc per dictum
officium consiliariorum Qui sunt veri et reales artifices
et matriculati in suis artibus Et cives florentini et guel
fi etatis ad minus triginta annorum Ita tamen quod et pro
illa arte de dictis quindecim artibus cuius scruptine
um tunc contingeret celebrari ad esse possint et debeat

consules talis artis et octo arroti et nõ ultra de huiusmodi artem qui sint qualitatis ut dictum est de alijs arrotis qui relati fuerint pro ipsorum arte et circha deveti dictorum consiliariorum consulum et arrotorum observetur et fiat idquod dictum est supra de alijs quinque maioribus artibus et huiusmodi scruptinatis et relatis ut pfertur singulariter et distincte michi debeat ad partitum et secretum scruptineum inter cōsiliarios consules et arrotos pdictos ut dictum est Et qui inter pdictos partitum obtinuit pro duas partes ad instantium dumodo due partes ipsorum omniũ debeant interesse intelligatur esse et sit uẽ consul talis artis pro quo relatus et scruptinatus fuisset et possit et debeat imbursari ut supra dictum est de illis consulibus quatuor maiorum artium pdictarum

Qui consules scruptinandi et imbursandi ut pfertur debeant extrahi de ipsis bursis sorte et fortuna pro dictum officialem vel pro cancellarium dicte universitatis vel eius commessarium vel aliũ prout placuit officio sex consiliariorum pdictorum saltem pro quindecim dies ante finem suorum pdessorum

Hoc adiecto quod quo ad extractiones fiendas de consulibus artis lane procedatur et observetur et fiat prout hactenus consuevit et secundũ statuta et ordinamenta dicte artis lane

Et fieri debeant ipse extractiones dictorum cōsulatuum dictarum viginti artium impsentia officij consuliũ dictarum viginti artium vel maioris partis eorum

Et ipsi tales sic extrahendi deveti aut prohibitionem nõ habentes intelligantur esse et sint veri et legitimi cōsules artis pro qua extracti erunt protempore et termino quatuor mensiũ Cum auctoritate potestate et balia consuetis et secundum instantis et ordinamentis cois florentie

Quando nõ ue habili sia
pello et hameno divieto

et dicte universitatis et seu eorum artis tamen annotatis ad no
tatis vel admotandis. Et nullus possit referri vel ad partiti
mich vel ret esse addicti consulatus officio vel ipso officio
fungi nisi pro una arte tantum et nulla persona que tali officio
interesset possit impartito sui persone faba reddere quo
quomodo. Et quod tales imbursandi vel extrahendi debeat
esse matriculati in arte pro qua extraherentur et etatis
ad minus triginta annorum et alias qualitates ut eo dicti
omnis habere ut superius dictum est. Et quod descriptiones dicta
rum artium et in capsa consulum dicte universitatis de
beat terminare vigore et esse pro qua habet arte una
bursa non manumissa et non plures. Et si contigerit
omnes in dictis bursis existentes tempore extractionis fiede
et vetitum habere tunc extrahi debeat qui minus devetum
habeant dummodo non possit concurrere consortes per lineam
masculinam aut socii in eadem merchantia vel arte
eodem tempore in eodem officio consulatus.

observisi quanto asei.

Sed circha hec observari debeat modus et forma de qui
bus supradicitur de officio sex consiliariorum.
Quicunque autem esset absens a civitate florentie per quin
quaginta miliaria vel ultra aut infirmitate grava
tus vel rationali causa impeditus tempore talis extractionis
adeo quod dicto officio interesse non posset vel ipsum officium
integraliter exercere de qua stetur dictorum debeat deliberationi
facende per officium consiliariorum predictorum per ipsos
consiliarios et quemlibet ipsorum solempni et corporali prestito
iuramento de faciendo dictam deliberationem secundum
quod putaverit esse verum eorum conscientias honorandoque
michi debeat tamquam devetum habere. Et ad extractionem alte
rius procedatur devetum ut prohibitionem non habentis.

Et quicumque nō declararet ꝑdictos consiliarios secundū formā ꝑdictam & dictum officiū consulatus nō acceptauerit & iurauerit infra decem dies a die notificationis sibi facte de tali extractione mandato dicti officialis ꝑsonaliter uel ad domū sue solite habitationis intelligatur esse & sit pro illa uice remotus a tali officio consulatus & eius cedula debeat laniari & ad extractionē alterius loco sui procedatur & procedi possit & debeat ꝑdictum officialem saltim infra tres dies post dictos decem dies tunc imediate sequentes, & siquis qui tali officio cōsulatus presideret decederet dictus officialis teneatur & debeat infra tres dies postquam mortuus aliū extrahere loco sui &c.

Quis nō acceptauerit perdat officium

Et pro residuo temporis quo erat duraturū officiū eius defuncti habeat etiam deuetū a tali officio omnes & singuli cessantes & fugitiui cum pecunia & rebus alienis & forenses ghibellini condennati uel excōmunicati pro furto falsitate & baratteria etiam nō obstante quod restituti aut absoluti uel cancellati fuisset uel esset se ipsis cōdennatus bampnis uel pronuntiationibus & etiam nō possit esse in eodem officio cōsulatus nisi unus de eadem consortitia uel societate. Nec etiam qui esset de officio sex consiliariorum seu ad ipsum dom assumptus aut extractus possit extrahi uel assumi ad officiū cōsulatus alicuius artium predictarum pro tempore quo haberet cōcurren cū tempore dicti officii consiliariorum & si extraheretur uel assumeretur nō ualeat & possit & debeat remicti in bursa degua fuisset extractus Quicumque in dicto officio consulatus fuerit nō possit esse in eadem officio inde ad sexdecim menses a die depositi officii tunc prox futuros neque aliquis eius cōsortis ꝑ lineam

deueta.

moschulinam uel sotius inde ad octo menses tunc proxime
futuros a die depositi offitij nec in eodem offitio possit sub
cedere uel pro esse inmediate aliquis talis consors uel soti
us quoquo modo

ET quod nullus qui ut prefertur per aliquam dictarum artium
scruptinatus et relatus non fuerit dicto offitiali merchan
tie seu sex consiliarijs per notarium seu consules sue artis
proponendo ad scruptineum in domo seu palatio dicte
uniuersitatis et qui in arte sua in scruptineo in ipsa
tali arte celebrato tunc ut proferetur non obtinuisset
non possit uel debeat quoquo modo ad partitum poni in
domo dicte uniuersitatis uel alibi ad ipsum et pro
ipso consulatus et si poneretur et obtineret et eum ex
trahi contingeret non possit uel debeat ipsum offitium
acceptare uel exercere sub pena librarum Centum
parvorum dicte uniuersitati applicandarum. Et nichilominus ipso
facto intelligatur tali offitio priuatus et ab eo remotus
nec possit uel debeat in dicto offitio se immiscere

ET quod dictus officialis et sex consiliarij merchantie pro tem
pore existentes uel alter eorum directe uel indirecte ne
queant aliquem uel aliquos ex predictis supra habitis ponere
ad scruptineum uel partitum uel pati quod ponatur sub pena
priuationis et librarum Mille parvorum. Cuilibet auferenda et dicte uni
uersitati applicanda pro una dimidia et pro alia dimi
dia comunis florentie pro qualibet vice

De electione et officio camerarij uniuersita
tis merchantie Rubrica iiij

P ro uisum Statum et ordinatum est quod
predicta uniuersitate sit et esse debeat unus came
rarius ad cuius manus perueniat et peruenire debeat intro
itus dicte uniuersitatis et pro ipsius Curie Et qui una
Cum notario dicti officialis ad hoc deputato scribere
debeat omnes introitus et exitus dicte uniuersitatis
Et quod eligatur per officium sex consiliariorum de tempore in tem
pus hoc modo videlicet quod imbursetur nomina quinque dictarum
artium et sorte et fortuna extrahatur una cedula de ipsis
artibus Et de ipsa arte sic extrahenda eligatur unus
in camerarium et pro Camerario ipsius uniuersitatis pro
sex mensibus tantum et sic subcessiue procedatur de tempore
in tempus et de arte in artem. Itaque omnes dicte quinque
artis equentur Qui eligendus habeat deuetum ab eodem
officio ex propria persona per duos annos et ex parte sotij
consanguinei uel consortis per octo mensis

modus faciendi Camerarium ÷

Et ante initium sui offitij saltem per duos dies teneat et de
beat iurare dictum officium bene et legaliter ex
ercere et promittere et bonos et idoneos fideiussores
prestare per dictos consiliarios approbandos de faciendo di
ctum offitium bene et legaliter et de reddendo bonam rationem
sui offitij cum reliquorum et residuorum consignatione Qui
Camerarius teneatur et debeat sine suo preiudicio li
cite et impune soluere omnes expensas que fierent
pro dicta uniuersitate pro folijs atramento torchis
aduocatis procuratoribus salariatis. Camera custodum
et nunptiorum pro ensenijs et omnibus alijs expensis dicte
uniuersitatis sui minichibus secundum statuta et consue
tudines dicte uniuersitatis et ultra predicta usque in quan
titate librarum viginti quinque parvorum et tempore et per tempore cuiuslibet

debeat iurare officium et fideiussores prestare ÷

offitij dictorum sex consiliariorum nec non usque in libr quinquaginta f pi pro pictanza fienda anno quolibet in die festi sancte Crucis de mensis maij ad ecclesiam fratrum minorum de Floren

possit soluere expensas
ay 25 ſ. sine stantiamento

niso dum taxat stantiamento offitij sex consiliariorum pro tempore existentium et nullas alias expensas uel solutiones facere possit sine quod habito stantiamento fiendo et celebrando per offitium dictorum sex . una cum quattuor consulibus ad plus cuiuslibet quinque maiorum artium dummodo non possit esse pro qualibet dictarum quinque artium panciores tribus uel duas partes omnium quod dictorum qui sex consiliarij una cum dictis consulibus ut dictum est possint pro utilitate et opportunitate dicte uniuersitatis et mercatorum et artificum ipsius prouidere et stantiare omnes et singulas pecun quantitates soluendas de pecun dicte uniuersitatis per camerarium quod dictum semel et plures et quotiens et secundum huiusmodi stantiamenta camerarius dicte uniuersitatis soluere possit teneatur et debeat licite et impune

Salarium

Qui Camerarius suo finito offitio stare debeat ad sindicatum sub duobus sindicis de dictis artibus eligendis per offitium sex quod dictum , decem diebus de gestis commissis et obmissis et neglectis in dicto suo offitio . ſ. quem terminum ipsi sindici debeant ipsum indicasse condennasse uel absoluisse legiptime et diffinitiue sub pena librarum centum pi pro quolibet dictorum sindicorum dicte uniuersitati applicanda . et habeat et habere debeat pro suo salario et mercede de pecunia dicte uniuersitatis pro dictis sex mensibus librarum decem

De electione et officio custodii universitatis predicte Rca. V

Statutum et promissum est quod de mense Junij cu
iuslibet anni predicti consiliarij teneantur et debeant
eligere et deputare duos bonos et legales viros
cives florentinos in custodes et pro custodibus
actorum camere dicte universitatis pro tempore
et termino unius anni qui habeant intendere circa
diligentiam et custodiam actorum et scripturarum dicte
universitatis

de electione custodum

Et procurare cum omni attentione ne in dicta Curia
per aliquem aliquid committatur vel fiat in verecundi
am sive dampnum dicte universitatis aut contra for
mam statutorum vel ordinamentorum ipsius et omnia et sin
gula alia facere que sibi iniungentur per dictum officialium
dummodo non sint contra formam statutorum et ordinamen
torum dicte universitatis

Item teneantur et debeant sub pena librarum decem parvorum pro quo
libet eorum et pro qualibet vice ad minus qualibet ebdo
mada semel consignare notarios berrovarios et fami
liam dicti officialis et qui sibi deficeret appuntare
et pro qualibet apuntatura et pro quolibet famulo sive
notario retinere facere de suo salario solidos quadra
ginta quos illico teneantur scribere ad rationem et
computum salarij dicti officialis et habeat et habere
debeat a camerario dicte universitatis pro quolibet
et quolibet anno librarum centum quadraginta quatuor parvorum
sibi solvendorum de tribus mensibus in tres menses
prout pro rata contingeret secundum stantiamenta
fiendam per officialium dictorum sex et quas dictus camerarius

Debeant assignare familiam officialis.

Teneatur et debeant in ore dicti sui officii solvere
licite et impune sine aliqua retentione directure
oneris vel gabelle viso dum Lapat stantiamento
dictorum sex

Item habere debeant pro quolibet deposito quod pe
nes eos fieret de quacumque qualitate pecunie in ore
re eorum officii denarium unum pro qualibet libra
quantitatis que apud eos deponeretur

Item pro qualibet relatione sive notificatione eman
cipationis que fieret soldos duos p. pro qualibet emancipatione

Item pro ostensione cuiuslibet libri dicte universita
tis soldum unum p.

Item teneantur et debeant ostendere cuicumque petenti omnia
et singula acta dicte universitatis et pati quod sumantur
copie tam in publico quam in forma privata absque ali
qua al. mercede ostenda vel alicui alio p. sub
pena librarum decem p. pro quolibet et pro qualibet
vice. Et procurare quod omnes dare debentes dicti
universitati ad solvendum remediis omnibus compellantur

Debeant sollicitare offic. de exigendo a debitoribus.

et propterea debitores dicte universitatis indicare et
notos facere dicto officiali forensi et eum sepe requirere
et sollicitare quod dictos debitores exigat et exigi faciat. et
habeat et teneantur invenire quendam quem voluerint
et degno consideriint ad eundum et prestandum electionem
cuiuslibet officialis forensis dicte universitatis eligendi
habeant etiam ultra predicta a quolibet qui se de aliqua
condemnatione dicte universitatis fecerit cancellari
vel eximi ß x p. pro quolibet et ultra dictas quantitates
nihil possint recipere vel habere sub pena librarum x p.

pro quolibet et qualibet uice et restitutionis totius eius quod precepissent uel habuissent Debeant etiam ante initium temporis eorum officij ydoneos pro nictore et camere et pedones fideiussores approbandos per dictos sex consiliarios satis dare de dicto eorum officio bene et legaliter exercendo et de custodiendo acta et scripturas dicte universitatis bene legaliter et fideliter et omnia alia faciendum que ad ipsorum spectat officium tam de consuetudine quam de iure et de alijs ordinationibus et prout deliberatum fuit semel et plures et quotienscunque per dictum officium sex consiliariorum et ante dictam satisdationem prestitam dictum officium facere uel administrare non possint

debeant satisdare

Item teneantur et debeant dicti custodes ut unus ex eis seriatim describere una cum notario ad hec deputato introitus et exitus dicte universitatis clare et aperte ita quod liquide appareat

De electione extimatorum Rubrica ca. VJ

STATUM et provisum est quod quolibet anno de mense Iulij eligi debeant per officium consiliariorum illi stimatores in numero competenti quos uolent super extimatoribus fiendis et expedientibus in dicta Curia de bonis et possessionibus immobilibus et rebus mobilibus et bestijs et animalibus et alijs bonis et rebus que sequestrarentur aut darentur uel adiudicarentur in solutum per dictum officialem et seu eius consiliarios quorum officium Duret per annum qui habeant et habere debeant pro eorum mercede denarios duos pro

qualibet libra quantitate rei per eos extimate dummodo sum
ma nō excedat quantitatē librarum decem rerū extimatarum
in una causa eis soluenda, pellum meuius fauorem
fieret extimatio Saluo quod si per officium sex deliberatum fuerit
plus debē haber secundū exigentia rei tunc illud ha
bere debeat nō excedendo denarios duos pro qualibet
libra rei extimande. Qui extimatores eligendi ut pre
fertur teneant inprincipio eorum officij iurare ad delati
onem dicti officialis forensis de dicto officio fideliter
& legaliter exercendo omni dolo & fraude remotis &
de hoc ydonee cautē & fideiussore prestare in actis di
cte curie

De electione & officio statutariorum R[ubric]a VII

de creandis statutarios

Cum secundū diuersitatē morū & temporum leges
humane debeant immutari & presertim cum ne
cessitas aut utilitas id requirit prouisum & ordi
natum est quod qui officio sex consiliariorum predictorum
uidebitur expedire possit eligere & deputare duos de
qualibet quinque artium predictorum statutarios dicte uni
uersitatis pro eo tempore quo uiderint expedire dum
modo nō ultra maius sex mensibus qui sint qualitatis
& condictionis de quibus supra de officio sex est depositum
qui eligendi & due partes eorum alijs etiam absentibus pos
sint eisque liceat statuta dicte uniuersitatis reuidere
eaque corrigere emendare eisque & trahere & addere & in
melius reformare & de nouo facere si de pront neces
sitas uel utilitas postulauerit que sic facta ualeat et
executione omnimoda mereat uz postquam aprobata uel confir
mata fuerit per officiales status artium ciuitatis Florentie pro tempore ex
istentium & nō ante

de eorum auctoritate

De imburxationibus extractionibus officio et secreto illorum del recorso Rca

Provisum et ordinatum est quod quandocumque videretur
officio dictorum sex expediens vel necesse possint et debeant
consules quinque maiorum artium moveri facere quod cum illis
arrotis sue artis quos habere voluerint ultra consiliarios
eiusdem artis et cum ipsis consiliariis imbursent et imbursari
faciant quemlibet ipsarum artium per se illos bonos et pru
dentes viros et guelfos matriculatos in ipsa arte et quibus
invicem inscruptineis ad fabas nigras et albas singula
riter celebratis obtinebitur inter eos pro decidendo cau
sas recursuum que agitarentur se devolverent in omnibus
supradicta qui consules dictarum artium teneantur et de
beant sub pena librarum ~~quinqua~~gentarum per imbursa
tionem fieri facere ut dictum est et factam consignare
et sigillatam dare dictis sex consiliariis et officiali fori
universitatis eiusdem et quandocumque contingeret ali
quem recurrere seu recursum habere ad officialem ~~et~~ consi
liarios supradictos ob quod secundum formam statutorum
vel ordinamentorum comunis florentie vel dicte universitatis oppor
teret habere aliquos ad audiendum et examinandum
et decidendum causam huiusmodi recursus. Tunc officialis
predictus et sex eius consiliarii in tempore opportuno teneantur
et debeant extrahi facere ex qualibet dictis imbur
sationibus dictarum quinque artium duos cives florentinos
mercatores et guelfos qui sic extracti intelligantur
esse et sint legiptime electi ad audiendum examinandum
et decidendum causam ipsius recursus una cum
dicto officiali et sex consiliariis et quibus non possit esse
aliquis ad quem pertineat comodum vel incomodum talis
recursus seu cause aut aliquis ipsius socius vel factor
nec ultra duos de eodem progenie vel consorteria
per lineam masculinam et causam talis recursus et ipsum

recursum teneatur et debeant expedire diffinitive termi
nare saltem infra unum mensem proxime venturum a die
facte petitionis seu querele super tali recursu . sub pena
librarum quingentarum fp. pro quolibet eorum et qualibet vice pro
una dimidia communi florentie et pro alia dicte univer
sitatis applicanda nisi aliud processerit de voluntate libera
et non coacta recurrentis

debet expedire i. mesem

De imbursatione extractione officio et deveto camerarii Zeche Rub. viiij

Statutum et ordinatum est quod ad electionem
vel assumptionem chamerarii Zeche seu monete
procedatur et procedi debeat modo et ordine infra
scripto. Videlicet quod sex consiliarii predicti una cum officio
Consulum artis Kalismale et Cambii Civitatis flor.
faciant inter se scruptineum de illis artificibus dictarum duarum
artium degentibus et prout et sicut eis videbitur convenire.
Et illos qui in dicto scruptineo obtinuerint secundum formam
per eos tunc ordinandam debeant facere imbursari in duabus bursis
videlicet artificos Kalismale et per se et cambii et per se quorum
officio duret sex mensibus Ita tamen quod quolibet semestri sit
unus de dicta arte Kalismale et alio semestri de arte
Cambii et sic successive procedatur de dictis bursis extra
hatur sorte et fortuna in presentia officii dictorum consi
liariorum et qui fuerit in dicto officio habeat devetum duo
bus annis a die depositi officii Et non possit eodem tempore
esse vel concurrere ad dictum officium qui esset de dictis
monete et Zeche vel ipsorum camerarius vel capserius etc.

del chamarlingo della Zecha

De electione & officio magistri saggi R[ubric]a viiij

Pro visum & ordinatum est quod dicti sex consiliarii uni
uersitatis merchatorum vna cum duobus bonis & guelfis mer
chatoribus & qualibet & pro qualibet quinque minorum arti
um uel due partes omnium ipsorum possint teneantur
& debeant quotiens opus erit eligere & deputare & electum
seu deputatum cassare & reuocare Ac etiam si eis uidebitur
refirmare & denouo eligere quotiens opus esset unum
expertum & legalem uirum Ciuem florentinum & guelfum
qui sit officialis seu magister pro comuni florentino ad sag
giandum seu ponderandum & sigillandum florenos auri
secundum formam statutorum & ordinamentorum comunis floren
& secundum consuetudinem dicti officii cum auctoritate
& mandato in dictis statutis & ordinamentis loquentibus
de dicto officio latius adnotatis · uel etiam cum aliis & ultr
si & quemadmodum dictis sex consiliariis & arrotis potius ui
sum fuerit & fiat & fieri debeat dicta electio cassatio
& seu refirmatio ad secretum scruptineum ad fabas ni
gras & albas ut moris est

de electione magistri saggi

Qui arroti uocari & eligi possint & debeant per dictos sex con
siliarios & duret & durare debeat officium dicti magistri
seu officialem saggi per unum annum & non ultra Nisi fu
erit ut predicitur refirmatus in dicto officio Et electio
noui officialis uel refirmatio ueteris ad dictum officium
fieri possit & debeat in undecimo mense dicti anni &
non ante uel post.

possint reformari

Et si aliter fieret non ualeat & non teneat & electio seu
refirmatio nullum salarium debeatur uel aliqualiter solui
possit Et ipsi officialis saggi teneatur & debeat
in primis quindecim diebus dicti ~~undecim~~ undecimi mensis
notificare dictis sex consiliariis eis collegialiter congre
gatis in domo siue palatio dicte uniuersitatis quod de futuro

debeant notifichare d. sex
& eligant alium

officiali saggi predicti providéat sub pena librarum ducentarum
eidem etiam defacto auferenda et communi florentie pro
una dimidia et pro alia dimidia dicte universitati appli
canda. Et habeat et habere debeat talis officialis de
vetum ab ipso officio per unum annum a die depositi officii
nisi fuerit fuit ut predicitur refirmatus in dicto officio et
teneatur et debeat officialis forensis merchatorum im
principio officii cuiusque novi officialis dicti saggii in
quintam diem ad requisitionem ipsius novi officialis
saggii facere publice bamniri per civitatem florentie et maxime
in foro novo quod quicumque haberet florenos auri tam vete
res quam novos sigillatos sigillo tunc proxime precedentis
officialis saggi teneat et debeat in quindecim dies
proximos adven[turos] talis bampni eos facere reviderj et repo
derarj per ipsum novum officialem saggi et eius sigillarum
supradictus novus officialis saggi teneatur et debeat
dictum officialem merchatorum requirere et facere ban
mire sub pena libr[arum] centum f. p. pro qualibet vice qua
negligens fuerit in predictis de suo salario retinenda
et communi florentie applicanda et remanenda quo ipso
bamnum mittatur et fiat ut dictum est et quo quinde
bamno apparere debeat in actis et penes acta curie dicte merchatorum

E t teneat dictus officialis saggi in presentia dicti sui
predecessoris ponderarj et sen ponderarj facere omnes
florenos qui apportaret ad saggium qui sigillati fu
issent sigillo dicti veteris officialis in dicto tempore
Et idem vetus officialis teneatur adesse et omnes et
singulos florenos veteres quos in dicta repo[n]deratione
invenerit esse legat et ponderis boni videlicet ad punctum

uel ultra reddē apportātj & eos resigillarē si apportans sigilla
tos uolūit alios uero ueteres quos inuenerit esse florenos
nō legales seu nō cusos in ciuitate florentie ut ruptos uel
nō boni ponderis ut dictum est sed minoris ponderis
~~ut dictum est~~ q ad punctum nō debeat resigillare sed
incidere & incisos reddere apportātj. nouos aut quos in
uenerint esse ad pondus medij quarti vz octaue p
partis uncie uel ultra teneatur reddere apportanti
& resigillare si sigillatos uoluerit quos inuenerit
esse minoris ponderis dicte octaue ptis debeat resti
tuere apportātj nō sigillatos & nō incisos quos aut
inuenerint falsos aut nō cusos como cois florētie
possit & debeat incidere & incisos restituere apportātj
Et dictus uetus officialis teneatur emendare omnes dictos
florenos tam ueteres quam nouos p eum uel eius tpre
sigillatos sigillo suo qui essent seu inuenirentur mi
noris ponderis & seu qui inciderentur seu inciditj debe
rent ut dictum est p nouū officialem infra 3 dies
prox post diem dicte reuisionis & reponderationis
sub pena qua dupli dicte uniuersitatj merchator
applicanda Et nichilominus ad ipsam emēdandam
teneatur & cogi possit p dictum officialē merchator
dūmodo apportent seu apportātj fuerit ad reponde
randum infra dictū terminū bonj Et intelligatur
quantū ad emendatione p dictum floren esse minoris
ponderis si fuit minoris ponderis quarte parte unius
grani uel ultra quantū ad floren ueteres qui reponde
rabunt semel in semestri & ad rationem semestris s
quantū ad eos qui reponderabunt semel in ano et a
sex mensibus supra intelligat esse minoris pōderis
si fuit minoris ponderis dimidie unius grani p anno

ad rationem Anj · Et debeant esse ut florenus uetus de
sigillo ponderis consueti vz den̄ duor(um) & granor(um) uiginti iuij
us intelligendo denariũ & granũ ut i. dicetur. floren aut
nouus d sigillo debeat esse ad pondus medij quarti vz
octaue partis uncie uel ultra & intelligat esse minoris
ponderis quatum addicta emẽdatione si fuit minoris
ponderis ultra mediũ granj

peso di ℥ 8 saggi

Et granus intelligat quor(um) uiginti quatuor faciunt pon
dus unius danarij Et denarius intelligat quor(um) ui
ginti quatuor faciunt pondus unius uncie. Ille aut
ꝑsone que interminum bannj nõ reportauerint uel
reportarj fecerit huiusmodi florenos tam ueteres
quã nouos ad reuidendũ & respondẽdũ dictũ est nulla
emendationẽ exinde pete possint uel habere debeat
a dicto ueteri officiali. Et insuper ꝑ dicti magistri
seu officiat saggi nõ mutaret ꝗ refirmaretur & re
maneret in dicto officio ultra tempus anj teneat
& debeat talis sic refirmatus saltim semel i anno
uidere & reponderare & reuideri & reponderarj facere
omnes & singulos florenos suo tempore & suo sigillo
sigillatos Et propterea bannũ mitti facere ex parte
dicti officialis fore(n)sis merchator(um). Et inde idem offici
alis fore(n)sis ad eius requisitione ipsũ bannum mictat
& micti faciat cõtinẽdũ supradicte sub pena libr(arum)
Centum ph Quod si nõ fecerit & fieri nõ fecerit di
ctus officialis saggi ipo facto intelligat esse & sit
dicto officio priuatus & idem inde remotus Et nichil omi
nus subiaceat alijs penis in statutis & ordinamentis
Tractatibus de suo officio contentis & appositis. Et teneat
& cogi possit ad emẽdationẽ omniũ & singulor(um) floreno(rum)

Quanti granj e i(n) uno danaio

predictor suo tempore et suo sigillo sigillatis qui in repon
deratione reperirent minoris ponderis aut falsi uel non
legat rapti uel non cusi in ciuitate florentie in omnibus et
per omnia ut supra dictum est de ueteri et quo ad ueterem offi
chiale saggi. Et habeat et habere et continue retinere
secum teneatur et debeat ad seruitium dicti saggi et pro
opportunitatibus occurrentibus nouem discipulos seu factores
bonos et legales et expertos in arte quorum sit etatis
ad minus uiginti quinque annorum et infra etatem sexaginta
annorum

debba tenere noue fattorj

Et ex quibus unus faciat continuam residentiam hominis debitis et
consuetis ad cameram comunis florentie Alius ad prestantias ali
us ad gabellam uini et contractus alius ad gabellam uini et
contractus alius ad gabellam portarum et salis et reliqui ad lo
cum seu apotecham saggi

Jta quod ad ipsam apotecham ut locum saggi ad minus quinque
ex eis ultra dictum magistrum de mane usque ad sero sem
per inueniantur illis diebus quibus apotecha dicti saggi
debet seu debebit stare aperta. Et habeat et habere debeat
dictus officialis siue magister saggi pro suo salario et
dictorum nouem discipulorum ad rationem florenorum uiginti
quinque pro quolibet mense quo in dicto offitio perfecte omnes et
singuli seruiuerint. Quod salarium dicto officiali seu
magistro pro se et dictis suis discipulis seu ministris solui
possit et debeat per camerarium Camere comunis florentie
de duobus mensibus in duos menses prout tangit pro
rata dicti sui salarij sine detentione uel retentione
alicuius diricture oneris uel gabelle habita apodixa
offitij dominorum priorum artium et uexilliferi Justitie subscripta
apud offitium regulatorum comunis florentie

Saluo q si qn cotingat ad dictas gabellas portar et salis in
mi et contractus recipi redditus dictar gabellar i alia
moneta q flor auri quo casu no esset necesse ibidem
stare aliquem ex dictis discipulis seu ministris tunc fiat
fieri debeat detractio et diminutio dicti salarii pro rata
prout tanget secundum numerum personar dictorum
nove et p septem Et ad rationem septem debeat fieri
solutio dicti salarii p camerarios ante dictos et ultra
uel aliter q superius dictus officialis saggi uel eius
discipuli seu ministri ratione uel occas uel sub protex
tu dicti officii nihil possint pcipere uel habere et tene
atur dictus officialis seu magister pro omnibus et singu
lis dictis suis discipulis seu ministris in his et de his que
fecerint seu defecerint uel obmisit in dicto et cir
cha dictum officium seu exercitium saggi Et q dictus offi
cialis mercatorum et dicti sex consiliarii mercatorum
et quilibet eorum teneatur et debeat q dicta manutenere et
facere obseruare et adimplere

Et dictus officialis forensis mercator teneatur et debeat
banna de quibus supra dictum est micter et mitti face
re ac etiam resignare seu consignare dictum officialem
saggi et dictos eius discipulos seu ministros

Et propterea qualibet edomoda saltem bis mictere unum
de suis notariis ad resignandum et rescruptandum et ui
dendum si dictus officialis saggi cum dictis suis discipu
lis seruiant et morentur singulis diebus q dictis ad dictum
officium et si dictum officium exerceant pro ut debent seu
debebunt Et si inuenerit q dictus officialis seu disci
puli et quilibet eorum no resideant continue dictis diebus
et horis ad ipsum officium faciendum et seu no seruiant et ...

faciant uel

faciant ut est dictum per relactionem sui notarij uel aliter
possit teneat et debeat dictus officialis merchatorum pu
nire de facto pro quolibet defectu seu qualibet apuntura et pro qua
libet vice ad minus in sol. xL. et ultra in sol. centum
pro suo arbitrio considerata qualitate defectus Cuius pene
medietas applicetur dicte universitati merchatorum et re
liqua dicto officiali universitatis merchatorum qui eam
exigeret salua semper dictis omnibus et singulis omni balia
et auctoritate supradictis et seu eorum concessa et dicta concessis
per aliqua statuta, seu ordinamenta communis florentie ali
cui alij rectori uel officiali dicti communis. viii

De electione et officio et salarijs nunptiorum Rubrica x.

Statutum et ordinatum est quod de mense maij
cuiusque anni sex consiliarij publici possint tene
ant et debeant eligere et deputare octo in nuntios
et pro nunptijs dicte universitatis Pro tempore
et termino unius anni qui sint legales et honesti et ami
stent et stare teneantur et debeant cum dicto officiali
ad faciendum officium sibi per dictum officialem imponendum
et nullum aliud offitium uel ministerium possint facere
uel exercere Et possint omnia et singula alia facere
que ad officium nunptiatus spectant de consuetudine
uel de iure Et habeant et habere debeant a dicta uni
uersitate pro eorum salario et mercede pro quolibet mense
soldos quinquaginta parvorum et pro quolibet eorum nec non pro
quolibet anno de mense aprelis in vigilia sanctorum Jacobi
et filippi protectorum dicte universitatis unam robbam pro
quolibet eorum qualitatis et coloris prout deliberatum fuit per

officialium dictorum seu extimationis et valoris usque in quantitatem libr triginta pp

Item quod officiali forenses dicte universitatis pro suis berrovariis et nuntiis dicte universitatis nequeant quoquo modo accipere petere vel habere pro mercede eorum laboris exercitii eorum officii nisi dumtaxat salaria ista et pro causis infrascriptis sub pena librarum decem pp proquolibet eorum et qualibet vice qua contra fecerint dicte universitati applicanda videlicet

pro capturis.

Pro capturis que fierent in civitate Florentie pro debito usque in lib x — β x — p

Berrovario	β · 5 ·	p
A libr x usque in libr xxv	β · 15 ·	p
Berrovariis sol otto	β · 8	p
A libr xxv usque in libr quinquaginta	β · 20	p
Berrovariis	β · 10	p
A libr centum usque in libr trecentis	β · 40	p
A libr quinquaginta usque in centum	β · 30	p
Berrovariis	β · 10	p
A libris trecentis usque in libr mille	libr · 3	p
A libr mille usque in florenorum mille	fl · 2	aur
Et ab inde supra de quacumque quantitate	fl · 3	aur

Et similiter habere debeant de capturis que fierent in comitatu dummodo ultra predicta nuntii habere debeant proquolibet miliari quo iret pro predictis β duos pp et expensas victus cibi et potus hoc addito quod berrovarii pro aliqua ex dictis partitis in quibus non est habita mentio de eis non possint accipere ultra β xv.

Item de sequestris et staggimentis que fierent in civitate Florentie in carceribus dicti officialis vel comitis Florentie usque in libr quinquaginta de aliqua re — β 5 — p

A libr. quinquaginta usque in tercentis nummphi —— ß. 10 — ₰
Berrouarij —— ß. 5 — ₰
Et abinde sup. de quacumque quantitate nummphi —— ß. 15 — ₰
Berrouarij —— ß. 15 — ₰
De sequestris que fierent de aliquibus bonis in civitate flo
rentie usque in libr. 15 nummphi —— ß. 5 — ₰
Berrouarij —— ß. 3 — ₰
A libr. quindecim usque in libr. Centum nummphi —— ß. 10 — ₰
Berrouarij —— ß. 6 — ₰
A libr. Centum usque in libr. ducentis nummphi —— ß. 15 — ₰
Berrouarij —— ß. 8 — ₰
Et abinde sup. de quacumque quantitate nummphi —— ß. 20 — ₰
Et de sequestris massaritiarum et aliorum arnensium que fierent
in civitate flor. nummphi usque in libr. XXV —— ß. 8 — ₰
A libr. XXV usque in libr. centum —— ß. 15 — ₰
A libr. centum usque in libris trecentis —— ß. 20 — ₰
Abinde supra de quacumque quantitate —— ß. 30 — ₰
De similibus sequestris que fierent in comitatu habeat et habere
debeat tantundem nummphi ut sup. proxime dicitur et ultra pre
dicta ß. duos pro quolibet miliarij quo propterea ambulassent
et expensas cibi et potus De extraneis que daret aut in quibus
aliquem mitteret in civitate flore. nummphi —— ß. 10 — ₰
In comitatu florentie —— ß. 20 — ₰
Et ultra predicta sol. duos pro quolibet miliarij quo propterea
ambulasset et expensas cibi et potus ——
De citationibus quas faceret in civitate flor. —— ß. 2 — ₰
In comitatu usque in unum miliare —— ß. 5 — ₰
De alijs quas faceret ultra dictum miliare —— ß. 2 pro quolibet mil.
De citationibus in locis publicis —— ß. 6 — ₰
Et si accideret per eos vigore eorum officij ad instantiam alicuius
aliquid fieri quod expecificatum stet in mercede per eos habenda

de huiusmodi declarationi fiende per dictum officialem hoc de
clarato quod officialis habere debeat pro quolibet berroviario quem
pro predictis vel in predictis vel aliquo micteret extra Civitatem
florentie et quolibet die quo ibi staret usque ad primam diem
s. vi. f. p. et expensis ubi et potius

De dirictura solvenda de causis et Recursibus R.ca xi

LAVS DEO

Ad hoc hoc maxime ut expense que pro dicta uni
versitate fiunt per officialibus pro administran
da iustitiam facilius fieri possunt mediante
infrascripto subsidio statutum et ordinatum est quod
quicumque moverit aut fecerit aliquam causam
vel querimoniam de aliqua quantitate pecunie vel re
dicto officiali vel eius Curia teneatur statim posita
querimonia seu petitioni facta verbo vel scriptura
ante quam ulterius supra dicta petitione procedat
solvere Camerario dicte universitatis nomine dirictu
re den. sex f. p. pro qualibet libr. quantitatis aut extima
tionis rei petite dummodo dicta quantitate diricture non ex
cedat summam librarum quadraginta f. p. salvo pro exe
cutione sententiarum artium quod peterent fieri coram dicto offi
ciali et eius curia solvi debeant denarii tres pro qualibet
libr. quantitatis per qua huiusmodi executio fieri peteret
ita tamen quod quantitate diricture huiusmodi occasione
predicta non sit maior libr. xxx. f. p. Quam diricturam
si subcuberit in ea teneat et predicti officiales cogant
actori effectualiter resartire. Item quod pro recursu qui
fieret coram officiali predicto antequam audiat solvi debeat

propetitionibus solvere d. ad ratione d. 6 pro qualibet libra

Camerario dicte universitatis denarios unius pro qualibet libra eius de quo dixerit se gravatum. Ita tamen quod summa non excedat ~~libr xxx~~ quantitatem libr. xx. Aliis talis qui recurreret in nullo audiatur. Et quod pro extimatione et relatione extimationis quorumcumque bonorum que fieret in dicta curia solvantur den. duo pro qualibet libra dummodo quantitas non excedat summam libr. xL. Que quidem dericture seu quantitates pro dirictura solvenda non possint nel debeant augeri nel multiplicari dato quod essent plures qui eamdem petitionem seu querimoniam simul proponerent uel executionem fieri peterent. Et talis dirictura semel soluta contra principalem debitorem uel conventum sufficiat et quo ad fideiussores et omnes qui pro eo teneretur uel obligati esset. Et ubi impetitione seu querimonia aut causa uel recursu quantitas non esset expressa in pecunia numerata fiat et fieri possit et debeat extimatio per dictum officialem prout sibi videbitur esse iustum et secundum talem extimationem solvatur dirictura ad rationem predictam. Et teneatur camerarius universitatis predicte omnem quantitatem pecunie percipiendam ex dictis diricturis dictarum querimoniarum seu petitionum aut executionis seu recursuum quantitatum libr. decem uel abinde supra et ex condempnationibus et ex aliis causis pro universitate predicta scribere in uno libro et dissolutione qualibet quam receperit mictere appodixam notario dicti officialis qui ad exactionem pecunie dicte universitatis deputatus fuerit. Qui notarius inmediate apodixam et apodixis predictis receptis scribat huiusmodi solutiones et nisi ut dictum est scripta fuerit solutio pecunie facta pro dirictura predicta

Dirictura pro extimatione bonorum

habeatur pro nō facta & nō procedat nec procedi possit ulterius in ea. Pecunia uero percipienda pro dirictura querimonie uel petitionis aut executionis uel recursus quantitatis ad decē lbr intra per conten in officio & alijs causis minimis mox recepta mictatur in una capsa bicelarina tenenda in palatio siue domo dicti officialis una quarum clauium teneat dictus officialis & aliam camerarius & in fine cuiuslibet mensis dicta capsa aperiatur in presentia dicti officialis camerarij & duorum ex sex consiliariorum & pecunia que fuerit in dicta capsa idē camerarius recipiat & continuo ad introitum ponat & scribat in libro predicto & de ipsa recepta & faciat apodixam notario predicto qui camerarius etiam de receptis per eum secundum dictas apodixas teneat uera & sufficienter reddere ratione. Siquis autem porrexerit aliquam petitionē uel querimoniā fecerit coram officiali predicto & aliqua quantitate pecunie uel alia que petitio reperiatur nō uera & cōdennetur in sol. quinque pro qualibet libra dicte quantitatis petite applicandis pro una dimidia uniuersitati predicte & pro alia dimidia particulari quā facta fuit dicta petitio uel querimonia ultra dirictura predicta & intelligatur talis petitio seu querimonia fuisse calumpniosa & nō uera si reus sine contentus in ea fuit totaliter absolutus sine uoluntate actoris & qua uoluntate eorum seu suorum interuenientium constare debeat pacto publico dicti officialis & curie. A qua quidem dirictum & eius solutione excipientur omnes & singuli qui citati uel nō citati aut requisiti ipse uel suum legiptimum procuratorem uenerint coram dicto officiali & seu in eius curia ad cōfitendum uel recognoscendum debita sua in uerit-

uel recognoverint sponte dictum debitum ad stantiam seu ad voluntatem creditoris vel recipere debentis et si de tali vel super tali debito confessato vel recognito talis debitor vel recipere debens voluerit summarie vel declaratione aut mandatum de solvendo dicti officialis et curie tunc ante talem sententiam vel declarationem vel mandatum dicti officialis et curie talis petens teneatur et debeat solvere debitum dirictura ut supra requiritur per formam presentis statuti

Incipit liber secundus statutorum mercantie et mercatorum Civitatis Florentie

De officio et balia dicti officialis mercantie et causis infrascriptis R[ubric]a II

DISPENDIA litium equitatis conspendio cupientes industria qua possumus coartare hac lege sancimus quod dictus officialis possit teneatur et debeat sine strepitu et figura iudicij et de facto et prout voluerit omni tempore congnoscere procedere et terminare et habeat potestatem et liberum arbitrium cognioscendi et terminandi et tam ex officio quam ad postulationem cuiuslibet cuius interesset in omnibus et de omnibus et singulis causis questionibus et differentijs motis vel movendis ortis vel oriundis et que moveri et oriri possent coram dicto officiali vel in eius curia facto vel defectu quocunque tempore et ubicunque commissis vel committendo alicuius eius vel districtualis florentini per aliquem seu per aliquos de extra civitatem vel districtum florentie contra aliquem alium de dicta civitate comitatu vel districtu florentini aut contra commune florentie vel aliquam universitatem societatem vel collegium ipsius civitatis ~~florentie~~ vel eius districtus vel comitatus vigore vel occasione alicuius littere vel mandamenti que fierent vel mitterent dicto communi florentie vel dicte universitati merchatorum vel eius officiali per aliquam civitatem comitatum vel locum aut dominum vel baronem vel rectorem vel officialem cuiuscunque civitatis vel loci vel per custodes nundinarum campanee vel aliorum quorumcunque locorum aut vigore vel occaxione contentorum sive comprehensorum in huiusmodi litteris vel mandamentis, et in omnibus et ac omnibus et singulis causis questionibus et controversijs coram ipso vel in eius curia motis vel movendis ortis vel oriundis et contra aliquem vel aliquos de civitate comitatu vel districtu florentie ex cuius facto vel defectu aut ~~cap~~ culpa aliquis eius vel districtualis dicte civitatis florentie vel aliquis eius sotius

factor uel discipulus uel etiam dicti com. florentie aut
singulares persone cuiusdem ubicumque et quandocumque extra
dictum territorium esset uel esse aut fuisse diceretur
in persona uel rebus quorum reprehensalis expoliatus grauatus
uel dampnificatus etiam de facto et iuris ordine non
seruato in iurisdictione uel extra per aliquem uel aliquos principes
capitales uel barones rectores uel gubernatores uel offi-
ciales uel aliquam quamcumque personam uel locum cum re-
presaleis uel sine represaleis quomodocumque etc. non et
in omnibus et de omnibus et singulis causis questionibus
et controuersiis motis uel mouendis occasione uel rati-
one alicuius seu aliquorum robariarum extorsionum aut
male toltarum uel furtorum factorum uel commissorum seu que
facta uel commissa diceret in quibuscumque mundi parti-
bus a quibuscumque et quandocumque et tam in terra quam etiam
in mari in dampnum uel preiudicium com. florentie uel alicu-
ius societatis uel de dicta ciuitate comitatu uel
districtu florentie Ac etiam in omnibus et de omnibus
et singulis causis questionibus et controuersiis ortis uel ori-
undis motis uel mouendis in dicta curia et quacumque
re iure uel causa inter ciues seu districtuales florentie
et quoscumque forenses non habitantes ciuitate comitatu
uel districtu flor. Et non intelligatur quantum ad hoc
esse forensis quicumque habitauerit familiariter in
ciuitate comitatu uel districtu flor. tempore hu-
iusmodi cause questionis uel controuersie mote dante
per quinquennium continuum. Aut inter forenses et forenses
et hiis et super hiis de quibus et super quibus huiusmodi foren-
sis contra quem ageretur uel agi uellet posset de iure
conueniri in ciuitate florentie

Forensis.

Aut inter nunc uel olim sotios et sotios occaxione uel pre
testu societatis uel dependentium ab eadem Et si reuocaret
in dubium utrum esset questio occasione societatis uel de
rebus ad talem societatem spectantibus stetur de hoc ~~ad~~ de
clarationi officialis dictorum sex consiliariorum et talis delibe
ratio quocumque facta habeatur pro ueritate possit etiam
de hoc probari uel ostendi per alias probationes et fides idoneos
neos quas quis ~~et~~ ex litigantibus inducere facere uoluerit
Aut inter magistros et factores seu discipulos pro hijs occa
xione eorum ~~et~~ que facta gesta neglecta fuissent uel finis
se diceretur per tales factores uel discipulos in predictis et
circha facta talium magistrorum uel inter heredes seu bono
rum possessores talium sotiorum factorum seu discipulorum
Qui sotij magistri factores uel discipuli sint aut fuerint
de aliqua uel aliquibus ex uiginti artibus ciuitatis flo
rentie aut aliquam ex dictis artibus exerceat uel exer
cuerit et non obstante quod matriculati non fuerint in aliqua
ex dictis artibus Procedendo sententiando terminando
et exequendo contra et seu inter suprascriptas personas et quamlibet
earum et earum et cuiuslibet ipsarum filios in potestate existen
tes et contra fratres communiter uiuentes et eandem merchantiam
uel artem exercentes et ipsarum et cuiuslibet ipsorum fideiussores
siqui esset uel fuisset et debitores bona et iura Et inter
quoscumque alios qui sponte coram eo et eius Curia litigare
uoluerint aut suam iurisdictionem prorogauerint omni
uia et forma quibus et quemadmodum uoluerint. Incipiendo
etiam a personarum et bonorum captura apprehensione et se
questratione et etiam nulla iuris uel iudicij solempnita
te aut substantialitate seruata donec soluerint et satis
fecerint fecerint et obseruauerint effectualiter et ad plenum
ad uoluntatem dicti officialis uel saltim uel legiptime et plene

promiserint et satisdederint cum idoneis fideiussoribus de soluendo et satisfaciendo faciendo et obseruando totum et quicquid declaratum ordinatum uel mandatum fuit per dictum officialem etiam de reuertendo et stando in carceribus ad mandatum et uoluntatem dicti officialis usque ad integram solutionem et satisfactionem omnium et singulorum in sententia pronumptiationum et mandato uel declaratione dicti officialis contentorum uel comprehensorum. Quod si huiusmodi talis uel aliquis eorum contra quem uel quos dictus officialis procederet seu procedere incepisset quomodocunque seu a quibus uel a quo aliquid peteret aut peti uellet citati seu requisiti non comparerent legiptime in termino assignando per dictum officialem uel eius mandatum per numptium uel comparuerit et non satisfecerint et non soluerint ad plenum quod dictum aut declaratum esset uel fuisset per dictum officialem et non obediuerint in forma mandati dicti officialis in casis et super causis et questionibus siue controuersiis omnibus dictis et qualibet uel altera earum uel saltim non satisdederint ydonee ut est dictum in dictis casibus et quolibet eorum. Dictus officialis possit teneatur et debeat statim saltem in decem dies ipsos tales et quemlibet eorum exbampnire et exbampniri facere pro cessantibus et fugitiuis et tamquam cessantes et fugitiuos merchatores seu artifices cum rebus et pecunia alienis et sic pro cessantibus et fugitiuis habeantur et censeantur facta pronumptiatione contra eos per dictum officialem et quod talis pronumptiatio que per dictum officialem facta esset super predictis quomodocunque et qualitercunque habeatur pro legiptime facta nullo pretermisso obstante et omnia et singula statuta et ordinamenta populi et comunis Florentie

De modo exbanniendi cessantes

e dicte universitatis mercantie e mercatorum edita vel edenda contra cessantes e fugitivos cum rebus e pecunia alienis e contra quascumque alias personas de quibus talia statuta e ordinamenta facerent mentionem locum habe ant e executioni mandentur per dictum officialem e omnia e singula regimina florentie nominibus e per omnia contra huiusmodi tales non comparentes vel comparentes e non satisfacientes e seu non securantes ut dictum est e contra quemlibet eorundem. Et contra eorum e cuiuscumque eorum filios in potesta te existentes e fratres comuniter viventes e eadem merchan tiam vel artem exercentes uxores e famulos atque bona ac si contra eos e quemlibet eorum statuti e ordinati e reformati huiusmodi ordo e forma essent solempniter observata donec e quousque solverint e satisfecerint intelligatur totum e quicquid in talibus sententiis pronumptiationibus declarationibus vel preceptis dicti officialis continebitur ut dictum est dictus autem officialis non possit condennare vel pronumptiare pro fugitivo vel cessante vel tamquam fu gitivum e cessantem vigore presentis statuti vel alterius statuti comunis florentie vel dicte universitatis pro quantitate libr. centum f. p. vel abinde infra e nichilominus bona res e iura quelibet e de bonis rebus e iuribus huiusmodi talium e cuiuslibet eorum investigari inveniri apprehendi e vendi ac etiam dari e adiudicari possint e debeant per dictum officialem in solutum sic recipere debentibus e cuilibet eorum dem pro eorum creditis e hiis que deberentur pro rata e secun dum quod unum quodque ipsorum creditorum vel recipere debentium tanget per soldum e libr. e prout e sicut eidem officiali placuerit e videbitur convenire usque ad integram solutio nem e satisfactionem eorum omnium quae in dictis sententiis pronumptiatio

Cessans non possit ex bap niri nemo nisi pro maiori summa libr. 100

nibus et declarationibus uel preceptis continebuntur ¶ Et pro inueniendis bonis rebus et iuribus huiusmodi talium debitorum de quibus superius dictum est dictus officialis habeat et habere intelligatur liberum arbitrium auctoritatem et potestatem et procedere possit sicut uoluerit per omnem modum et uiam ad inuentionem et inuestigationem dictorum bonorum rerum et iurium et de huiusmodi bonis rebus et iuribus ¶ Et si qui uel si quis huiusmodi talis uel quocumque aliorum de quibus superius dictum est et seu contra quem uel quos uel quorum causa mandamenta uel litteras huiusmodi uenirent uel micterent comuni florentie uel dicte uniuersitati merchatorum uel eius officialis et de quibus supra fit mentio seu contra quem uel quos procederet uel processus fieret uel fieri deberet seu aliquis alius cuiuscumque condictionis et status bona que essent uel esse aut fuisse dicerent seu ipsi officiali et officio sex consiliariorum predictorum uideretur esse uel fuisse tempore debiti contracti uel delicti seu quasi delicti commissi predicatorum talium uel alicuius eorum diceretur seu diceret ad se quomodolibet pertinere et uellet seu uellet ea uel eorum aliquod defendere aut de ipsis protestari antequam audiatur uel admictatur teneantur et debeat depositum facere apud camerarium uniuersitatis predicte de florenis trecentis auri et de minori seu de maiori quantitate ad uoluntatem dicti officialis considerata qualitate negocij et qualitate persone et incontinenti sua iura producere in scriptis dare sub hac condictione quod si apparebit per quatuor testes bone fame talia iura producta esse simulata uel fictitia probantes de publica fama et publicam famam esse huiusmodi instrumenta aut iura producta esse simulata uel fictitia ipsum

Veniens ad defensionem bonorum cessantium satisdet

depositum de facto ad mandatum dicti officialis applicetur
et ueniat pro una dimidia dicte uniuersitati et pro alia
dimidia parti quam huiusmodi depositum factum esset Et quod
camerarius dicte uniuersitatis sine suo preiudicio et
grauamine possit et debeat atque teneatur statim inducto
casu unam medietatem dicti depositi ad introitum pro dicta
uniuersitate mictere scribere atque retinere et reliquam
medietatem parti quam factum fuit depositum memo
ratum persoluere atque dare et tales producentes talia instrumenta
et iura et facto per ipsum officialem in persona et rebus
compellantur capsare et ipsis reinmplare non obstante
statuto de guarantigia loquenti uel aliquo alio obsta
culo ¶ Et quod dictus officialis non possit nec debeat nec

vsure.

sibi liceat uigore presentis uel alicuius alterius capituli
dicte uniuersitatis congnoscere uel procedere nec aliquam
aliquam congnitionem habere inter aliquos socios uel olim soci-
os et magistros factores et discipulos ciues seu districtuales
florentinos uel alias quascumque personas in aliqua uel super aliqua
societate uel de aliquibus seu pro aliquibus actis gestis
seu promissis uel contractis qualitercumque et ubicumque in mutu
ando seu fenerando ad usuram aut misterio seu mi
steriis mutuantium ad usuras uel pro exigendo uel ex
torquendo aliquas usuras etiam si tales persone essent
uel fuissent in aliqua arte ciuitatis florentie uel mer
chantias aliquas faceret uel fecissent ¶ Et ad pro
bandum seu fidem faciendum pro aliquis ex facto seu
ex defectu alterius fuit represensus exactus graua
tus uel dampnificatus extra teritorium florentinum aut
per robarie futura extorsiones et maletolleta et quibus
supra sit mentio fuerint facta seu commissa sufficiat

probationes legiptime si comode haberi potuerint alioquin
de predictis stet iuramento reprehensi exacti gravati de
robati vel dampnificati vel eius socij cum affirmatione
duorum consulum duarum artium de septem maioribus artibus
civitatis florentie ad maioris partis eorum dicentium se velle
credere contenta in tali iuramento vera esse vel alijs
probationibus que dicto officiali videbuntur simul suffi
cere cum officio suorum et dicte universitatis consilia
riorum pro tempore existentium Et quod dicti consules cogantur
et cogi debeant per se et per dictum officialem ad respon
dendum super predictis de eorum credulitate cum iura
mento ad requisitionem illius in cuius favorem procede
retur ¶ Et in predictis et circha predicta et quodlibet ~~predictorum~~
eorum et dependentia et connexa procedi possit et debeat
per dictum officialem et non obstante aliqua pendentia
litis seu iudicij coram aliquo alio iudice vel officiali
vel aliqua sententia lata seu que lata fuisse diceretur
per aliquem alium iudicem vel officialem extra territorium
florentie ¶ hoc addito et declarato quod dictus officialis forensium
mercatorum non possit nec ei liceat in dictis causis et ratio
nibus et casibus vel aliquo eorum proferre aliquam sententiam
condennatoriam vel absolutoriam quantitatis vel extima
tionis ultra quinquaginta librarum sine consilio et deliberati
onem dictorum sex consiliariorum universitatis predicte
vel saltim duorum partium ipsorum et quod secus fieret non va
leat et non teneat ipso iure ¶ Et quod sententie pronumpti
ationes et declarationes late et in futurum ferende per
dictum officialem modo predicto valeant et teneant et possint
et debeant observari et executioni mandari tam per
dictum officialem quam etiam per omnes et singulos alios

non obstante pendentie litis

rectores et officiales forenses cois florentie summatim et de facto et secundum bonam equitate et cosuetudi nem mercator et in omnibus et p oia et quo ad omnes et oia ac si esset sententia quorumcumque consulum quarumlibet artium Ciuitatis florentie et quantacumque qualitatis uel extimationis tales sententie fuerint et eidem robur habeat et habere intelligant Et ab ipsis sententijs pronumptiationibus et declarationibus et quibuscumque proces sibus seu actibus per dictum officiale tempore sui uigoris sui officij no possit et no liceat appellari Nec de nullitate dicti dici obici uel opponi uel cotra eas uel eos alicuius Judicis officium implorari uel aliqua restitutio postulari uel modo aliquo cotrarij et quicquid secus aut cotra fieret sit irritum et inane et possit et debeat illico reuocari et pro reuocato penitus habeat et sit Et si ad petitionem alicuius indicta seu per dictam cur. mercator contingat procedi ad capturam seu staggimentum uel recomedati one alicuius persone teneat et debeat talis fieri fa ciens huiusmodi capturam uel staggimentum uel reco mendatione alicuius persone die facte capture uel stag gimenti uel recomendationis alicuius persone uel saltim se quenti die Juridica si huiusmodi captura uel staggimentum fieret in ciuitate florentie uel prope ipsam ciuitate per decem miliaria si aut ultra in quocumque loco territorij uel districtus florentini .i. quatuor dies ad plus facere ra presentari et in actis dicti officialis et curie referri atque de scribi talem capturam uel staggimentum uel recome datione alicuius persone Et deinde saltem infra tertia diem post dictum die representationis et fiende suam petitione porriger coram dicto officiali ~~et proponere et~~

Nó pot peti restit°

De capturis et sequestris

declarare rés

declarare rem causam seu qualitatē proqua seu qbus
talem capturam seu staggimētū uel recomendationem
fieri fecerit ¶ Et infra decem dies adie representationis
capture uel staggimētj uel recomēdationis alicuius p-
sone producē oīa et singula instrumēta probationes et
iura quibus uti uoluit et potuerit cōtra sic captū stag
gitum uel recomendatū. ¶ Et si aliquo predictorum et fecerit
talis captus sequestratus uel recomendatus uel staggitus
sit et esse intelligatur propterea liberatus. Et possit et
debeat illico relapsarj atali captura staggimēto uel re
comendatione et per officialem predictū et in pristinū statū
reponi saltem intres dies sub pena libr. centū pro dicto offi
tiali auferēda et proqualibet uice et nichilominus dictus
officialis ipsū liberare et relapsare penitus teneatur sub
uinculo prestitj Juramētj uirj tū debitj proquo talis per
sona esset uel fuisset sic capta stagita aut recomē
data et talem effectum seu p talem relapsationem
nullū preiudiciū generet ¶ Saluo impredictis quod si fieri
faciens huiusmodi executionē uel alius proeo coram
dicto offitiali proponeret seu allegaret se haber ali
quas probationes instrumēta uel una facichia ad talē
causam ex territoriū florent. et dicto offitiali unacū
offitio dictorum sex consiliariorum uideretur tēpus uel dilatio
nem ad hoc esse dand. tunc dato dicto termino per ipsū
offit. cum deliberationē dictorum sex et ipso pendēte dictus
terminus statj ad producendū probationes et iura in
terim nō cedat nec cedere intelligatur dicto actorj
Quod si p dictum offitialem fuit sententiatum aut iudi
catum talem capturā, staggimētū uel recomēdationē

fieri nõ potuisse, uel nõ debuisse aut si dictus captus stag
gitus uel recomẽdatus relapsaret d mandato uel li
centia dicti officialis absq eo qd solueret, uel eũ soluere
opporteret debitum seu saltem partem debiti proquo
captus staggitus d recomendatus fuisset eo casu talis
faciẽs capi staggiri uel recomendari et sip procura
torem generalẽ egisset, teneat et cogi possit, debeat
p dictum officialẽ defacto d sine aliquo processu cõtra
eũ faciendo, aut solẽpnitate aliqua obseruanda
soluẽ cum effectu tali capto staggito uel recomẽdato
ß quadraginta pro qualibet die qua steterit dicta oc
casione detentus ¶ Et idem obseruet d fiat d sequestris
aut staggimẽtis rerum mobiliũ uel se mouẽtiũ aut
iuriũ quorũcũq circha delaratione rei cause d quã
titatis d circha productionẽ iuriũ d probationũ et supra
d circha oĩa alia supradicta preterq ineo qd dicitur d
ß quadraginta soluendis qualibet die q aliquis steterit
ut pfertur detentus ¶ Item q d cetero inducta curia
uel p dictam curiam merchantie ad petitionem alicuius
qui se diceret creditorẽ creditoris cuiuscũq alterius
tertie persone ipsa talis tertia psona nequeat aliq
modo psonaliter capi uel detineri uel sequestrari nisi
prout d secundũ qd posset ad petitionem sui ueri d im
mediati creditoris. Et qcqd secus uel cõtra fieret sit
ipso iure nullum d possit d debeat illico reuocari post
pdictum ¶ Item q omnes d singule seu plure quorũcũq
actorum fiendorum corã dicto officiali uel in eius curia in
causis d questionibus quibuscũq aut circa causas d que
stiones quascũq d ipsa oĩa acta d gesta fieri cõcipi d

Et idem obseruet in seq[ue]stris rer[um] mobiliũ:

p[er] eo

hoc statutum nõ requi
rit requisition[em] fieri
prout requirit stat[utum]
potatis.

scribi debeant i vulgari s(er)mone et no(n) in gramaticali et quicq(ui)d secus fieret vel scriberet sit irritu(m) et inane et nullius momenti salvo q(uod) sine alique scripture vel aliqua gesta dicte curie venire(n)t trasmictenda ad aliquas mundi partes tunc si partes litigantes voluerunt vel si dicto officiali et officio sex co(n)siliarior(um) videret(ur) et in quo cunq(ue) casu pro faciliori intelligentia taliu(m) scripturar(um) et gestor(um) possint et debeant huiusmodi scripture latina seu gramaticali lingua co(n)cipi et describi et in actis et libris dicte curie poni et registrari no(n) obstantibus supradictis.

Qualiter procedatur co(n)tra facie(n)tes venire inhibitiones et declinatio(n)es fori.

Rca. 5a.

Et litigantiu(m) malitie compescha(n)tur et mer chatores et artifices releventur honeribus et expen sis promissum et ordinatum est q(uod) nullus merchator vel artifex seu aliquis alius cuiuscunq(ue) status vel condictio(n)is existat audeat vel p(re)sumat co(n)tra dictam universitate(m) vel eius officiali aut co(n)tra aliqu(em) merchatorem vel artificem de seu aliquem aliu(m) de civitate comitatu vel districtu flore(ntie) aliquas litteras vel scripturas inhibitorias aut subspensorias sive rescriptum vel alias quascu(n)q(ue) aut iudicem delegatum impetrare ab aliquo aliqua(m) iurisdictione(m) habente vel aliquam litem seu causa(m) aut questione(m) movere co(ram) aliquo iudice ordinario vel delegato ecclesiastico vel seculari seu aliquo quocu(m)q(ue) iudice p(ro) via recompe(n)sationis aut petitionis vel restitutionis vel alio modo p(ro) aliqua pecun(ie) quantitate q(ue) pro remunera

tionem uel dono alicuius quantitatis pecunie suis cre
ditoribus persolvisset uel aliquam inibitionem aut obsta
culum quomodolibet procurare aut impetrare per que
executio instrumentorum quorumcumque uel scripturarum librorum
mercatorum uel aliorum scripturarum seu cautionum aliquid
quod debitum siue creditum summe continentes modo aliquo
retardetur Et siquis impetrasset uel super hijs questio
nem aliquam mouisset uel impetrauerit seu questi
onem aliquam mouerit in futurum uel inhibitionem ali
quam fecit uel fieri fecit per quam executio huius
modi instrumentorum quorumcumque uel scripturarum librorum mer
catorum uel aliorum posset impediri uel retardari offi
tialis uniuersitatis mercatorum possit et teneatur pro
cedere contra talem impetrantem seu questionem mouentem
uel ~~inabitione~~ inhibitionem aliquam fieri facientem
per omnem modum et uiam quibus sibi placebit et uide
bitur conuenire in fauore illius uel illorum contra quem
uel quos talia fierent et cogere et compellere quemlibet huius
modi questionem mouentem uel impetrantem et qui
questionem taliter mouebit seu mouisset aut impetra
sset uel impetrare ad renumptiandum expresse liti per
eum mote uel mouende ad renumptiandum litteris im
petratis et inhibitioni facte uel fiende per quemcumque ad eius
instantiam uel in eius fauorem uel in fraudem alicuius
hoc modo videlicet quod idem offitialis citari faciat talem qui sic
impetrasset uel impetraret uel questionem mouisset
uel moueret aut aliquam inhibitionem fieri fecisset uel
faceret aut cuius uel quorum dicto aut facto execu
tiones instrumentorum scripturarum aut cautionum predictarum impedirentur

uel retardaretur uel impediri uel retardari posset quoquo
modo quod coram eo debeat prefixo sibi termino co(m)parere ad
renumptiandum litteris impetratis ad renumptiandu(m) liti
mote et ad faciendu(m) tolli inhibitione(m) qua(m) fieri fecisset
Et si uenerit in termino sibi assignato uel assignando
coram ipsu(m) offitialem et litteris impetratis uel cause mote
aut inhibitioni facte no(n) renumptiauerit uel si citatus
et bamnitus co(n)tumax fuit in eo casu idem offitialis
sua sententia pronumptiet et declaret talem no(n) com
parentem et no(n) renumptiante(m) et no(n) parente(m) in predictis
et circha predicta mandatis eius ut dictu(m) est merchato
rem cessante(m) et fugitiuu(m) fuisse et esse cu(m) rebus et
pecuniis alienis in fraude(m) et depopulatione(m) totius uniuer
sitatis merchantie Ciuitatis et districtus flore(ntie) non
obstante quod sit uel quod no(n) sit de arte et consules no(n) uene
rint ad dicendu(m) quod sit uel quod no(n) sit de arte et etia(m) condem
pnet ad dandum et soluendum totu(m) et quicquid scriptu(m)
reperiret in talibus in dictis libris et scripturis creditor in
quoru(m) fauore loqueretur in scripture predicte Et quod ad
alique(m) honore(m) co(mun)is flore(ntie) uel alicuius artis eiusdem
nullatenus ad mictat uel admicti possit in perpetuu(m)
Et quod omnes pen(e) que merchatoribus fugitiuis infli
gunt per statuta et ordinamenta et reformationes co(n)sili
oru(m) populi et co(mun)is florentie aut dicte uniuersitatis
edita uel edenda contra eu(m) uendicet sibi locu(m) et contra
eius uxo(rem) filio(s) in potestate existentes et fami(liam) Et quod
dictus offitialis teneatur et debeat co(n)uocare et co(n)uocari
facere co(n)sules seu capitudines sex maioru(m) artium
Ciuitatis flore(ntie) et eos co(m)pellere cum effectu quod ipsi consu
les faciant fieri bottus sue artis sindicum sufficiente(m)

instructum Cum pleno et sufficienti mandato ad sensum et
uoluntatem dictorum officialium ad renumptiandum et faciendum
renumptiationem et remissionem gratis gratia et amore idem
officiales stipulanti et recipienti pro omnibus et singulis merchatoribus
et artificibus ciuitatis et comitatus florentie et aliis omnibus
quorum interest uel interesse posset de omni et toto eo
et totum et quicquid homines et persone ipsius uniuersitatis
persoluisset uel solueret pro lucro dono uel remuneratione
alicuius pecunie quantitatis alicui persone uel lite et toto
id et de toto eorum petere posset occasione predicta et quod ta
les renumptiationes et remissiones obtineat plenum ro
bur et contra eas ueniri uel attentari non possit aliquo mo
do iure uel causa Item quod merchator uel artifex uel
aliquis alius cuiuscumque conditionis uel status existat an
deat uel presumat declinare forum uel iurisdictionem
comunis florentie aut dictorum officialium merchatorum seu aliquid ali
ud allegare uel opponere in scriptis uel sine scriptis per
quod ipsius comunis florentie uel dictorum officialium iurisdictio recuset
et quod nullus Iudex uel officialis dicti comunis aut dicte uni
uersitatis uel alius officialis quocumque nomine Censeatur
talem exceptionem aut declinationem recipiat uel admictat
aut patiatur quod in actis suis uel comunis florentie scribatur aliquo
modo uel iure Set talem proponerem et talem exceptionem
uel declinatoriam allegantem repellat et in causa procedat pro
ut de iure uel consuetudine fuerit procedendo non obstante
exceptione predicta et qui per eum facti fuerint plenum obtineant
robur ac si exceptio aut declaratio aliqua proposita non
fuisset Et siquis alius districtualis comunis florentie declinauerit
in ciuile ex omni iurisdictione comunis florentie aut dicte
uniuersitatis coram aliquo officiali comunis florentie
uel officialium uniuersitatis predicte in preiudicium alicuius

ciuis uel districtuat florent uel in alijs casibus que uide
rentur dicto officiali cotra suu officiu dictus officialis
uel quilibet alius coram quo proposita fuit dicta ex
ceptio teneatur citari facere coram se talem sic de
clinante et exceptione fori proponente ut infra cer
tum terminu eidem per eu offitialem assignand comparere de
beat coram eo ad renumptiandum exceptionibus per
eum propositis declinatorijs uel per quas declinet foru
aut iurisdictione cois flore uel dicti officialis et si
uenit termino predictum officiale assignando et no remi
ptiauerit et taliter fecerit cum effectu quod in ca procedat
et procedi possit exceptionibus propositis no obstantibus
et sicitatus et bamnitus cotumax fuerit tunc idem
officialis declaret et pronumptiet tale fuisse et esse mer
chatore cessante et fugitiuu cum rebus et pecunijs ali
enis et infame et uiolatore totius uniuersitatis mer
cantie Ciuitatis flore no obstante quod sit uel no sit
de arte et consules no uenerit ad dicendu quod sit uel non
sit de arte ¶Et quod omia statuta et ordinamenta ac co
siliorum reformationes edita uel edenda cotra mercha
tores cessantes et fugitiuos cum pecunia et rebus alienis
et populu et commune florentie uel dictam uniuersitate
contra se allegantes et proponentes et iurisdictione cois flore
aut dicti officialis declinantes exclusi a protectione et de
fensione cois flore et no audiant in ominibus talibus
Jure ipsorum agendo uel defendendo Et quod huiusmodi
officialis possit et teneatur procedere cotra talem ex
ceptionem proponente et iurisdictione cois flore aut
dicti officialis recusante per omne uiam et modu quibus
sibi placebit et uidebitur conuenire in fauore illorum cotra
quos tales exceptiones et fori declinatorias proponeret
Et quod tali sententia pronumptiation uel declinatione
no possit appellari uel de nullitate oppori uel etiam supplicari
i

uel aliquod beneficium restitutionis in integrum postulari Et
nichilominus teneatur dictus officialis mercantie compel
lere proximiores consanguineos ex late patris talium
exceptiones huiusmodi apponentium ad faciendum ren
rendum taliter quod ipsis exceptionibus renumptiet et ta
dim incarceribus captos teneat quousque renumptiet ta
libus exceptionibus et donec conseruet indempnes illos contra
quos tales exceptiones proponerent et ab hac sanctione
que declinatione iurisdictionis mentionem faciunt sint
exclusi omnes qui essent in sacris ordinibus essent con
stituti et omnes quibus per aliquos ordines esset matrimo
nium interdictum contra quos predicta non uendicet sibi locum
et quod hec omnia et singula in presenti capitulo scripta
extendantur et locum habeant et trahantur et trahi debeant
ad preterita presentia et futura et predicta tam in preteritis pre
dentibus quam futuris debeant inuiolabiliter obser
uari Et quod si dictus officialis propterea dapnum aliquod uel pe
riculum incurreret teneantur totum flore et uniuersi
tatis mercantie ciuitatis eiusdem ipsum officialem
exhibere et conseruare sine dampno omnibus sumptibus
et expensis uniuersitatis predicte Saluo quod ab hac sanctio
one non excludantur qui religionem ingressi fuerint
uel ordinem assumpserint post contractum debitum de quo
ageretur Et quod ille talis opponens huiusmodi exceptiones
clericatus uel ordinis cogatur per dictum officialem coram
se ostendere et produci instrumentum sui clericatus Et si
non ostenderet uel produceret in termino per dictum
officialem assignando intelligatur id officium esse sustam
dem et post contractum debitum Et quod dictus officialis te
neatur ad obseruationem dicti capituli ad penam centum
librarum pro qualibet uice quas camerarius dicte uni

uersitatis sibi de suo salario protinus retinere teneatur et quod nichilominus predicta et eorum quolibet teneatur et debeat predicta observare et executioni mandare sub virtute prestiti iuramenti.

Qualiter procedatur contra debitores forensium ac etiam civium conventorum pro soluendis debitis forensium R[ubrica] ca. iii

Ut represaliarum concessio que ut plurimum per neglectam administrationem iustitie fieri solet removeatur et cesset ordinatum et sancitum est quod quotiens per aliquem dominum baronem etc. vel officialem aut aliam quamcumque personam aliquas litteras vel mandata mitteretur communi florentie vel dicte universitati mercatorum pro debito alicuius vel aliquorum de civitate comitatu vel districtu florentie qui quomodolibet tenerentur vel obligati essent alicui vel aliquibus de extra civitate comitatu vel districtu florentie possit teneatur et debeat dictus officialis procedere et congnioscere non solum contra dictos debitores vel eorum bona filios in potestate existentes et fratres et possessores bonorum et quoslibet alios secundum formam statutorum et ordinamentorum de dicta materia loquentium sed etiam contra debitores ipsorum conventorum sive eorum contra quos vel quorum causa vel occasione ipse littere mandata mitteretur et cuiuslibet eorum et contra ipsorum debitorum et cuiuslibet cuiusque ipsorum uxores et filios in potestate existentes fratres communiter viventes et eandem artem vel merchantiam exercentes et fratres et heredes bona possessores bonorum breviter et summarie et sine strepitu et figura

Iudicij et tam de facto et tam ad petitioné eius cuius inte
resset quã ex officio et proprio motu incipiendo etiam a per
sonarum captura quorumque ipsi debitores uel b~e eorum here
des aut bonorum possessores dictorum Ciuium et districtuale
florentinorum totum quod predictis et extra ciuitatem, comitatum
uel districtum florentie deberet usque in summam eorum debiti
ad quod tales debitores essent obligati predictis et extra ciuitatem
comitatu uel districtu florentie integre soluerint et satis
fecerint cum effectu. Et in casu quo dicti debitores uel
aliquis eorum aut h~ eorum heredes uel bonorum possessores
uel aliquis eorum citati legiptime non compareret ter
mino statuendo per dictum officialem uel nuntium
eius mandato aut compareret et non soluerint et satis
fecerint ut dictum est et mandatis dicti officialis non par
uenerit dictus officialis possit teneat et debeat contra hu
iusmodi et quemlibet eorum et eorum et cuiuslibet eorum bona
procedere et terminare in omnibus et per omnia et eo modo
et forma quibus et prout et sicut potest et posset contra prin
cipalem debitorem contra quos aut quorum causa uel occasione
huiusmodi litere et mandata transmicteret et prout et
sicut in balia dicti officialis super latius annotatur. Saluo
quod ea que superius dicta sunt et procedendo contra debito
res commetorum eorum contra quos uel quorum causa uel occasione
dicte littere seu mandata peruenirent seu micterentur et
eorum heredes et bona uxores filios et fratres ipsorum debitorum
eorum contra quos tales litere siue mandata uenirent
uel micteret non uendicet sibi locum set nisi primo delibe
ratum fuit per officium, sex consiliariorum predictorum
et duos ex consulibus dictarum quinque artium eligendos per
dictos consiliarios contra tales debitores et talium conuentorum

vel seu eorum contra quos tales litter(e) vel mandamenta venirent vel heredes vel bonorum possessores habere vel posse procedi per dictum officialem vel nisi primo pronumptiato seu declarato cessante et fugitivo et pro cessante et fugitivo tali convicto contra quem vel cuius contra dicte littere seu mandamenta veniret vel mitteret ¶ hoc etiam proviso et declarato quod dictus officialis vigore presentis capituli vel cuiuscumque alterius capituli statuti dicte universitatis vel communis Florentie non possit aut ei liceat apprehendere vel apprehendi facere vendere distrahere aut insolutum dare aut vendi vel distrahi facere aliqua bona vendita vel insolutum data aut inter creditores distributa seu vendenda insolutum danda vel distrahenda per sindicum vel sindicos seu officiales creditorum civis Florentie deputatos vel deputandos super factis et negotiis alicui vel aliquorum debitorum cessantium et fugitivorum cum pecuniis et rebus alienis vel suorum creditorum nec ipsa talia bona modo aliquo advocare vel advocari facere et quod secus vel contra fieret sit irritum et inane salvo eo quod in disponit sub rubrica de procedendo contra sindicos cessantium et aliis in materia cessantium et fugitivorum

De sententiis et declarationibus executioni mandandis Rubrica iiij

Quia parum foret sententias et declarationes proferre nisi executioni debite mandarentur ideo statutum et ordinatum est quod dictus officialis possit teneatur et debeat ad petitionem vel instantiam cuiuscumque legiptime petentis omnes et singulas sententias et condemnationes declarationes vel pronumptiationes factas

latas sint facendas uel ferendas per officialem mercantie et officium sex consiliariorum dicte universitatis uel per consules cuiusque vigintiunius artium Civitatis florentie aut per officiales grascie seu platee comunis florentie. necnon quascumque declarationes quoscumque factas uel fiendas per quoscumque sindicos uel officiales pro comuni florentie deputatos uel deputandos super factis uel negotiis cuiuscumque uel quorumcumque cessantium uel fugitivorum cum pecuniis et rebus alienis salvo pro recursu prout infra dicetur exequi et executioni mandare in personis et rebus et de iure et de facto et sine strepitu et figura iudicii contra omnes et singulos contra quos late fuisset aut contingeret in futurum proferri contingerit et contra eorum fideiussores heredes et bona et possessores bonorum non obstante aliqua appellatione et oppositione nullitate uel aliqua oppositione uel defensione que fieret et non obstante quod talis contra quem talis sententia pronumptiatio uel declaratio facta esset seu diceretur esse uel fuisse in patria uel civita potestate Et si huiusmodi tales contra quos dictus officialis exequeretur uel exequi uellet dictas sententias seu pronumptiationes condennationes uel declarationes latas et ferendas per consules dictorum artium uel alicuius eorum citati seu requisiti mandato dicti officialis non comparuerint termino eis et cuiusque uel alterius eorum ~~assi~~ assignando per officialem predictum uel alium eius mandato uel comparuerint et non soluerint uel non satisfecerint ad plenum id quod in dictis sententiis condennationibus pronumptiationibus et declarationibus contineretur uel continebitur et mandatis dicti officialis non parenerint. ¶ Dictus officialis sic citatos

non potest opponi aliqua exceptio contra sententias et [illegible]

nõ comparẽtes et nõ uel nõ soluẽtes uel nõ obseruãtes
que supradicta sunt terminu͂ quo per dictum officialem
statuendu͂ teneat et debeat exbampniri facere ac etiã
pronumptiare processantibus et fugitiuis et tamquam cessantes
et fugitiuos cum pecunia et rebus alienis donec soluerit
obseruauerint et fecerint id totum et quicquid in dictis
sententiis condennaptionibus pronumptiationibus aut
declarationibus contineretur uel continebitur in futuru͂ et
quod quo tali comparẽtes et predicta que sup dicta sunt nõ
obseruãtes habeantur cessantes et sint pro ueris cessanti
bus et fugitiuis facta pronumptiatione uel quo fertur
per officialem quo dictum. Et quod pronumptiatio que fieret per offi
cialem quo dictum habeatur et sit pro legiptime et rite et
recte facta et secundum formam statutorum et ordinamentorum
comunis florentie et dicte uniuersitatis donec soluerit et satis
fecerit integre debitum seu debita in tali sententia
pronumptiatione et declaratione contenta. Et quod omnia statuta
et ordinamenta dicte uniuersitatis disponentia contra
cessantes et fugitiuos et contra alios et quibus ipsa ordi
namenta et statuta faciunt mentionem locum habeant
et effectum contra huiusmodi tales nõ comparẽtes uel
nõ satisfaciẽtes ut dictum est et eorum consortes et attinentes
et quibus ipsa statuta et ordinamenta faciunt mentionem
et quemlibet eorum ac si huiusmodi statuta et ordinamenta
contra eos essent specialiter et solempniter obseruata
donec integre facta fuerit solutio et satisfactio supra
dicta. Et nichilominus talium res et bona per officialem
quo dictum dari et ad iudicari possint et debeant in solutum
tali uel talibus habentibus petitionibus pro uera et iusta
extimatione fienda per extimatores dicte uniuersitatis

Ac etiam et distrahi si et quod dicto officiali videbitur pro satisfaciendo talibus creditoribus seu reapere debitis Et pro inveniendis bonis talium debitorum et eis vendendis alienandis insolutum dandis vel concedendis Et contra volentes talium bona defendere et circha depositum pecunia fiendum et circha instrumenta fictitia et reliqua alia ocurrentia incidentia et emergentia in predictis et circha predicta vel eorum ea vel occasione procedatur et fiat in omnibus et per omnia ut supra instar de offitio et balia dicti officialis plenius continetur in casibus ibi expressis. Salvo quod nullus qui re vera fuit fideiussor predictus per dictum officialem possit propterea pronumptiari vel condennari aut exbanniri pro cessante et fugitivo vel tamquam cessans et fugitivus. Et quod contra predicta vel aliquid eorum nulla exceptio vel defensio proponatur vel admictatur nisi dumtaxat finis aut solutionis vel compensationis que probari debeat per publicum instrumentum non obstantibus in predictis aliquibus aliis statutis reformationibus obstaculis vel repugnantiis aut contrarietatibus quibuscumque. Hoc addito et expresse declarato quod per predicta vel aliqua predictorum nullus possit vigore alicuius sententie late per officiales grascie aut alicuius declarationis facte vel fiende per aliquos sindicos vel officiales deputatos vel deputandos per comune Florentie super factis vel negotiis creditorum alicuius cessantis et fugitivi exbanniri vel condennari pro cessante et fugitivo vel tamquam cessans et fugitivus. Salvo et declarato et reservato quod quilibet qui adictis declarationibus ut prefertur factis et fiendis per dictos sindicos vel officiales diceret

Fideiussores non possint [illegible]

quomodolibet segravari possit sibique liceat recurrere et recursum habere secundum clausulam usitatam recursus seu que esset opposita in creatione auctoritate et balia dictorum sindicorum vel officialium.

Qualiter possit capi qui esset suspectus de absentatione et fuga. Rubrica

STAtum et ordinatum est quod si aliquis de aliqua ex dictis viginti artibus vellet se absentare cum personis vel rebus in dampnum et preiudicium suorum creditorum officialis mercantie ~~indampnum et preiudicium suorum creditorum~~ quod dictus teneat possit et debeat libere et sine sui preiudicio vel gravamine ad requisitionem vel instantiam sui creditoris vel creditorum de die vel de nocte facta primo attestatione per talem qui se diceret creditorem de libro eiusdem factis coram ipso et recepta aliqua fide et futura absentia seu suspitione absentationis vel fuge talis persone capere vel capi facere personaliter illum talem de dictis artibus qui se vellet absentare in preiudicium seu dampnum sui creditoris vel creditorum et ipsum retinere carceratum et bona eius sequestrari facere et in sequestrum ponere et poni facere quousque satisfaceret creditoribus suis vel creditori et eo quod dare deberet vel quousque satis dederit et se curaverit ydonee et parendo mandato dicti officialis et se personaliter presentando et solvendo totum et quicquid reperiret solvere deberet creditori suo seu creditoribus suis veris si reperiretur quod aliquis dictam captionem personalem fieri faceret vel peteret

maliciose seu sub aliqua fraude tunc talis petens puniat in dictis libris centum parvorum et plus arbitrio et voluntate dicti officialis spectata qualitate facti et conditione personarum pro dimidia parte universitati pro alia dimidia tali capto applicanda Et quod aliquis fraudulenter vel maliciose petierit dictam executionem personalem sufficiat sola conscientia dicti officialis et pro sufficienti probatione habeatur In quibus et super quibus omnibus et singulis in presenti capitulo contentis idem officialis habeat liberum arbitrium potestatem et baliam et procedere possit omni tempore feriato et non feriato et omnibus et singulis substantialitatibus et solemnitatibus iuris et statutis obmissis

Quod cogi possit in dicta curia contra eum qui esset consul et pro eo Rca VI

ORdinatum et provisum est quod officialis predictus ad instantiam cuiuscumque qui esset vel se diceret creditorem alicuius qui tunc esset in officio consulatus alicuius vigintiunius artium possit cognoscere procedere et terminare contra huiusmodi consules summarie et de plano et secundum formam statutorum artis de qua foret talis consul et eo modo et forma quibus et prout procedi potuisset vel posset contra eum in curia sue artis si consul tali tempore non fuisset et idem fieri possit et debeat et econverso ad instantiam et in favorem illius qui esset consul si agere voluerit in terminum durante ipsius consulatus officio in dicta curia mercantie coram aliquo mercatore vel artificem artis cuius esset consul et quod in causa aliqua alicuius

qui esset consul uel eius sotij nõ possit procedi durante offitio ipsius talis consulatus in fauorem ipsius cõsulis aut eius sotij uel contra dictum consulem uel eius sotiũ in curia aut p curiã artis inqua dequa cõsul existeret donec finiat̃ offitium talis consulis et interim aliqui termini uel aliqua pscriptio nõ cedat neq cedere intelligat̃ alicui partiũ in tali causa lite uel questione.

Q artes nõ possint facere ordinamẽta cõtra statuta dicte universitatis R.a viij

Quia Minor in maiorẽ imperiũ habere nõ debet statum et ordinatum est q nulla universitas alicuius artis ciuitatis flore possit quoquomodo facere aliquod statutũ uel ordinamẽtũ qd esset tacite uel expresse cõtra aliqua statuta ut ordinamẽta dicte universitatis et si fierent ipso facto sint irrita et nullius ualoris efficatie uel momenti et nullam executionẽ mereat̃

Q qui nõ sit de decem artibus nõ possit fide iubere in dicta Cur. p maiori quantitate lbr. 50 pli R.a viiij

Statutum et firmatũ est q in questionibus litibus uel controuersijs quibuscunq et qnacunq re quocunq tempore motis uel mouendis coram dicto offitiali uel curia p aliquam personam locum commune collegiũ uel universitatẽ aut sup inquisitionibus uel processibus formandis cõtra aliquẽ p offitialem pdictũ nullus qui nõ sit de aliqua ex decem artibus uz Kallismale

cambij lane Porte sancte marie medicorum et speciariorum vaiaiorum becchariorum vendentium pannos lineos et rigatte riorum calzolariorum et fabrorum et in aliqua ex dictis arti bus matriculatus possit pro aliquo fideiuber aut pro missionem aliquam facere et si fieret non valeat sal no quod si qualitas uel extimatio huiusmodi cause litis aut processus uel inquisitionis foret librarum quinqua ginta uel infra possit recipi et ad mich ad talem fideiussione uel promissione quis idoneus et quacumque ex viginti una artium ciuitatis predicte et in ea si arte matriculatus ⸺ · IIII ·

Quod officialis et consiliarij cognoscant de cau sis et iuribus fratrum minorum et fratrum heremitarum sancti agustinj R. viiij

DE Liberatum et statutum est quod omnibus et singulis relictis legatis seu donationibus hactenus seu in futu rum factis in testamento uel alio ultima uoluntate et seu aliter quomodocumque ecclesiis locis capitulis et conuentibus fratrum minorum de ciuitate comitatu uel districtu florentie uel alicui ex eis uel alicui ex dictis fratribus minoribus in particulari et de omnibus et singulis here ditatibus uel fidei commissis hactenus uel in futurum qualitercumque et quocumque delatis aut dimissis uel re lictis dictis ecclesiis locis capitulis et conuentibus uel alicui ipsorum uel ipsarum aut alicui ex dictis fratribus minoribus in particulari Nec non de omnibus et singulis ad ipsas ecclesias loca capitula et conuentus uel aliquam seu aliquem ipsorum uel ipsarum spectantibus uel pertinentibus

atque spectare vel pertinere diceretur Ac etiam de omnibus
et singulis relictis legatis obligationibus seu donationibus
hucusque factis vel que in futurum fieret in testamento
vel alia ultima voluntate et seu aliter quocumque ecclesiis
locis capitulis et conventibus fratrum heremitarum sancti augu
stini vel alicui ex dictis fratribus in particulari de civitate
comitatu vel districtu florentie vel alicui ipsorum vel earum
Et de omnibus et singulis hereditatibus qualitercumque
et quomodocumque delatis et seu pertinentibus vel que in fu
turum deferentur vel pertineret in totum vel in partem
aliquam dictis ecclesiis locis capitulis et conventibus ordinis
sancti augustini vel alicui ipsorum vel ipsarum vel alicui ex
fratribus heremitis dicti ordinis Nec non etiam de omnibus et
singulis ad ipsas ecclesias loca et conventus vel aliquam
aliquem vel aliquid ipsorum vel ipsarum quomodolibet pertinenti
bus seu expectantibus et que in futurum pertineret vel
expectarent Consiliarii universitatis predicte una
cum dicto officiali forensi et ipsi officiales una cum
eis ad petitionem seu requisitionem sindici procuratoris
communis florentie pro ipsis fratribus et locis fratrum mino
rum vel alterius sindici seu procuratoris pro eis et
quolibet eorum deinceps tamen et ad beneplacitum guardiani
qui pro tempore fuit factum capituli et conventus
sancte crucis de florentia vel ipsius guardiani lo
cumtenentis Ac etiam ad petitionem seu requisitionem
cuiuscumque sindici seu procuratoris dictorum capitulorum
et conventuum ecclesiarum et locorum dictorum fratrum heremi
tarum sancti augustini et cuiuscumque aliquorum ex eis sin
gula singulis referendo possint teneantur et debeant
intuitu pietatis et misericordie et simpliciter et de plano

sine strepitu et figura iudicij congnoscer' decadere ter
minare et componere de iure et defacto et de iure tantu
et defacto tm semel et pluries et quotiescumq prout et se
cundu qd eorum conscientie uidebitur et placebit etiam nul
la iuris uel iudicij solempnitate uel substantialitate
seruata &c etiam cogere et cogi facer' realiter et psonalr
omnes et singulos quos declarauerint seu termina
uerint aliquid habere dare uel facer' dictis eccles locis
capitis et conuentibus uel alicui eorum uel eorum uel alicui
fratri inparticulari ad sic dandum soluendu et faciedu
omni appellatione et nullitatis oppositione et quauis
exceptione et defensione reiectis etia usq eo qd depre
dictis uel aliquo eorum exigat aut soluat et solui debeat
aliqua dirictura dicte uniuersitatis uel eius camerario
Possint et et uinculo Iuramenti teneant et debeant dicti
consiliarij cum omni diligetia per eorum comissarios aut
procuratores uel alium mandatariu que seu quos se
mel et pluries et quotiens duxerint eligendos et faciedu
uel p se ipsos cum effectu ab omnibus et singulis debe
tibus aliquid dare opere fabrice seu eccle sancte cru
cis de dicte et florentie uigore cuiuscumq testamenti
uel alterius ultime uoluntatis aut donationis causa
mortis exigere aut exigi facere cum effectu cogr
et cogi facere p dictu offitiale forensem mercator
et p quecumq aliu rectore uel offitialem in ciuitate flo
rentie uel extra ciuitatem flore constitutos uel cos[tituendos]
tituendus realiter et psonaliter incipiendo etiam a personarum
captura omnes et singulos debitores dicte ecce fabri
ce seu ope ut dictum est pro causis ante dictis uel

excepto de dirictura
[illegible]

aliqua eor[um]

aliqua eorum ad solvendum camerario de quo infra dicetur integre debitas quantitates et quicquid solvere tenentur viso dumtaxat instrumento talis sive talium testamentorum ultimarum voluntatum et seu donationum causa mortis omni mora omnique contradictione cessante et non admissa possint. Et quotiens eis videretur eligere et deputare camerarium quem voluerint ad recipiendum omnes et singulas quantitates debitas pro predictis dicte ecclesie seu fabrice seu opere. Et quicumque solverit tali camerario intelligatur bene solvisse et usque in quantitatem sic solutam intelligatur esse et sit absolutus. Et quilibet officialis predictus mercatorum et quilibet alius rector et officialis in civitate Florentie vel extra constitutus vel constituendus teneatur et debeat ad requisitionem officii dictorum sex consiliariorum vel eorum commissarii seu mandatarii facere et fieri facere exactionem coactionem et capturam predictorum et qualibet ipsorum simpliciter et de plano et etiam de facto et omni iuris et iudicii solempnitate et substantialitate obmissis et omni mora postposita et quicquid impedimentis aut circha predicta vel aliquod eorum vel ab eis vel aliquo eorum dependentibus dictum factum vel ordinatum fuit per dictum officialem et sex consiliarios vel ad predictorum valeat et teneat et possit et debeat observari et executioni mandari.

Qualiter possit procedi contra emptores gabellarum Communis Florentie. Rubrica XI.

STatutum et ordinatū est quod dictus officialis fore
siis merchatorum possit et ei liceat inquirere cognio
scere et procedere ex suo officio ac etiā ad petiti
onē cuiuscumque conquerentis et asque solutione
alicuius dirictture fienda dicte universitatis vel eius
Camerario sine strepitu et figura iudicij et etiā de facto
et prout valuit contra omnes et singulos emptores quo
rumcumque gabellarum reddituū vel proventuū cois flore
eorumque participes offitiorum. Et seu exactores qui dicerent exi
gisse vel exigere aut extorsisse vel extorquere
aliquā pecunie quantitatē vel accepisse aliquod pignus
vel aliquā rem vel aliquid aliud fecisse vel fieri fecisse
quocumque modo contra vel ultra formā statutorum cois
florentie vel predictorum in eorum emptione contentorum
vel alicuius eorum et repertum culpabilē punire et cōden
nare etiā de facto in duo decu. totius eius quod acceptū
exactū vel tortū fuerit applicandū Camere
cois flore et in predictis et circha predicta et eorum quolibet exe
cutioni habeat et habere intelligatur officialis predictus
liberū arbitriū et baliam et ab eo quod fecerit et mandaverit
in predictis vel circha predicta nō possit appellari
vel modo aliquo conquiri salvo tamen et reservato officio
et balia quibuscumque officialibus cois flore deputatis vel
deputandis super iniquis extorsionibus gabellarum

De vecturalibus et locatoribus salmarum et quod
equaliter procedatur contra eos. R[a] xi

STatutū et ordinatū est ad obviandū fraudibus et ma
litijs et pro conservatione iuris merchatorum et artificum
quod omnes et singuli vecturales et qui consueti sunt portare

mercantias res seu salmas mercatorum seu artificum ex
ciuitatem comitatum uel districtum flore(ntie) uel ad
ipsam ciuitatem comitatum et districtum florentie tenean-
tur et cogi possint et debeant per dictum officialem
facere et adimplere omnia et singula infra(scripta) et contra ea uel
ipsorum aliquod non uenire aliquo ingenio seu modo
directe uel indirecte vz quod non uadat cum salmis seu
rebus merchatorum uel artificum per alia itinera quam promi
serint uel conuenerint cum mercatore uel alio loca
tore talium salmarum seu rerum et non scambiet salmas
quoquo modo et quod non faciant aliquam conditionem uel
posturam in aliqua mundi parte contra florentinos uel
eorum seu mercantiarum florentinorum quod indictum uel factu
rum sub pena quinquaginta libr(arum) et plus et minus ad
arbitrium dicti officialis pro quolibet eorum et quolibet casu
dictorum et pro qualibet uice Et quod omnes et singuli locato
res talium salmarum seu rerum teneantur et debeant
curare et facere quod dicti tales ueturales seu conductores
obseruent et faciant omnia et singula supra(dicta) Et quod dictus offi
chalis possit teneatur et debeat quod dicta facere obser
uari et de quibuscumque litibus questionibus et differentiis que
orietur: uel essent inter aliquem uel aliquos ueturales
seu conductores aut locatores talium psalmarum seu rerum
aut cursores barcaiuolos uel carradores uel aliquem uel
aliquos eorum ex una parte et aliquem uel aliquos merca
tores uel artifices uel eorum uel alicuius eorum factores
uel discipulos seu procuratores ex alia uel inter ipsos
ueturales conductores locatores cursores barcaiuolos
carradores uel aliquos ex eis cognoscere et determinare
simpliciter et de plano et sine strepitu et figura Auditis etiam

Offit(ialis) teneat(ur) facere et ad implere infra(scripta) vectu ralibus

Offit(ialis) congnoscat de litibus et de fraudibus inter uett(urales) curs(ores) Barc(aiuolos) et carrad(ores) et ex una parte et inter vett(urales) curs(ores) bar(caiuolos) carrad(ores) et artifices et locatores ex alia et eq(uitate) ...

offit tenecatur facere restaurare dapna

defacto prout uoluerit et de omnibus et singulis dolis fra
udibus uel malitijs per tales personas uel aliqua earum commissis
uel commissa diceret procedere et culpabiles punire et
condempnare et condempnationes exigere et exigi fa
cere prout et quem ammodum uoluerit Et si contingat
aliquem mercatorem uel artificem qui locasset uel pro
quo locate fuisset alique res seu salme portande et
ducende ut dictum est aliquod dampnum pati uel aliquas
expensas facere ex aliqua culpa uel defectu dicti talis
uecturarij locatorum salmarum cursorum barcaiolorum aut
carradorum uel alicuius eorum tali ex cuius culpa seu defe
ctu dampnum esset secutum uel expense facte tene
atur et cogi possit realiter et personaliter ad totum ipsum
dampnum reficiendum et expensas soluendas integre
dampnum passo Et ad predicta et teneatur pro dictis
uecturalibus barcaiuolis et carradoribus omnes et singuli
locatores qui huiusmodi salmas seu mercantias lo
cassent per ipsis mercatoribus uel artificibus Item quod
omnes et singuli cursores del procaccio qui aliquas litteras
mercantiorum uel trafficorum ipsorum portabunt presenta
das in ciuitate florentie aut alibi uel alicui uel aliquibus
mercatoribus uel artificibus uel alicuius societati eorun
dem teneantur illas presentare uel presentari facere
dicto tali cui dirigerentur eadem die qua intrauerit
uel intrare debuerit ciuitatem florentie uel terram
seu locum residentie talis mercatoris uel artificis
uel talis societatis saltem infra duas horas ad plus
sub pena librarum quinquaginta pro quolibet contrafaciente
auferenda et dicte uniuersitati applicanda Et si quis
operam dederit quod per aliquem Cursorem contrafiat uel predicti

nō seruet per dictum officialem condempnetur et condēp
nari debeat in libris quingentis pp. et plus et minus inspe
cta conditione persone et importantia rei dicte uni
uersitati applicandi. Item quod officialis predictus possit
teneatur et debeat quemcumque cursorem qui dolum fraude
aut negligentiam committeret uel perpetraret max(ime)
circa presentationem litterarum uel dilationem presentationis
uel usurpando [?] sedendo malitiose intime et maxime in seruitio
suo uel ad instantiam alicuius uel aliter punire et
condemnare etiam ex suo officio et proprio motu et de
facto in illis penis quibus et prout sibi placuerit dummodo
nō sit minor libr. quinquaginta pp. Item quod si aliquis
mercator uel alia persona aperiret uel desigillaret ali
quas litteras pertinentes ad aliquod cambium monete
uel aliquam mercantiam seu traffichum alicuius alte
rius persone et maxime alicuius mercatoris uel artificis
civitatis comitatus uel districtus Flor. incurrat ipso
facto penam florenorum centum auri per officialem predictum
in facto et sine strepitu et figura iudicii et dicte uniuer
sitati applicanda. Et quod littera que sic apperta seu de
sigillata diceretur sit seu fuit dicte communitatis seu pertinentie [?]
et quod per aliquam certam personam aperta fuit seu desigil
lata seu aliter nō probaretur uel ostenderetur probari
possit per declarationem fiendam semel et pluries et quotiens
per dictum officialem et sex consiliarios quomodocumque et nulla
solempnitate uel substantialitate seruata Et omnis talis
declaratio quomodocumque et qualitercumque facta ad predicta pro
ueritate habeatur et sit

De aperientibus et de sigillantibus litteris.

Qualiter possit probari sotietas que negaretur & de distinctione artium Rubrica xii

ORdinatum & statutum est quod si questio esset
de aliqua societate sive occasione alicuius
societatis que diceret contracta ex causa vel occasione
mercantie vel cambij seu alia causa legiptima & hone
sta in aliqua vel de aliqua ex viginti artibus civitatis
florentie & talis societas que diceret fuisse contracta
negaretur seu ad eius contractum revocaretur in dubium
& non appareret instrumentum vel alia scriptura fidedigna
tunc tam actor quam reus possit de dicta societate oste
dere & probare & per licitas probationes si haberi poterunt
vel etiam per quatuor homines fide dignos de arte
in qua vel de qua talis societas diceret contracta aut
de arte campsorum aut calismale stante lance probatas
de publica fama Possit etiam probari per alias presumptiones
& indicia que viderentur sufficientia ad declara
tionem dicti officialis & sex consiliariorum qualitercumque
fiendam quam facere teneatur & debeat quotiens opus esset
sub pena periurij ac etiam librarum ducentarum pro quolibet
eorum & facta tali probatione vel declaratione societas
habeatur pro legiptime facta & pro legiptime & sufficienter
probata Et dictus officialis cognitionem habeat & pro
cedere teneatur & debeat & procedat contra illos qui
convenirentur coram eo ut socij preteriti vel presentes
talis societatis vel ut sociorum premortuorum heredes
& contra ceteros vel qui occasione dicte societatis tene
ri dicerentur seu gravari deberent ac si vere de lite
contracta & probata fuisset. Et sibi hijs de predictis eorum
dependentibus ex eis vel aliquo eorum habeat bailiam
in omnibus & per omnia quam haberet in vera & licita societa
te facta & probata Et quod ubicumque fit mentio in volumine

presentium statutorum et quinque artibus intelligatur de artibus Kallismale lane cambii mercatorum porte sancte marie et medicorum et spetiariorum et merciariorum et de sex artibus intelligatur de artibus Kallismale cambii lane mercatoribus porte sancte marie medicorum spetiariorum et merciariorum et pellipariorum. Et de septem artibus intelligatur de artibus Kalismale cambii lane mercatorum porte sancte marie medicorum spetiariorum et merciariorum pellipariorum et uendentium pannos lineos et rigattoriorum. Et de dictis artibus intelligatur de artibus Kalismale cambii lane mercatorum porte sancte marie medicorum spetiariorum et merciariorum pellipariorum uendentium pannos lineos et rigatteriorum becchariorum calzolariorum et fabrorum. iii

De licteris pagamentorum et eorum materia Rubrica xiii

Statutum et ordinatum est quod littere pagamenti debeant presentari illis diebus quibus saggium teneretur apertum. Et ille cui fiet representatio uel ad quem contingeret litteram teneatur et debeat illam aut illas acceptasse eadem die representationis uel saltim sequenti die. Et si acceptauerit secunda die intelligatur esse acceptata in die representationis talis littere et in ea die teneatur eam subscribere alioquin intelligatur et sit renumptiata. Et quod dictus offitialis teneatur cogere talem cui dicte littere derigerentur ad scribendum in litteram qualiter renumptiauerit uel saltim incontinenti ad requisitionem recipere debentis pecuniam

litteras de tali recommpdatione ad uoluntatē talis debentis hrē & proutt dictus talis creditor uoluit Et ille qui acceptauerit teneatur soluere ī termino in littera ordinato q. si nō fecerit elapso dicto termino ad requisitionē talis creditoris teneatur & cogi possit p dictum officialē statim sine ulla dilatione temp captionē rei psone qz ad ipp oppositione suorum bonorum uel iurium & omnibus modis ad soluendum integre debitum & ppte in tali littera cōtentis & facto & sine figura iudicij etiam nulla soluta diricta pfalem petente uel satisdare ydonee & soluendo talem quantitatē & debiti de quo dictus recipere debens cōsenserit

Q. nullus forensis audiatur pro aliquo iure cesso per aliquem forensem contra florentinos de contra Rª xiiij

PRouisū & statutū est q officialis q dictus nō possit uel ei liceat cognoscere uel se intromittere & aliqua uel sup aliqua questione uel cā que moneretur uel fieret coram eo uel in eius curia p aliquē forensem cōtra aliquē ciuē uel comitatinum uel districtualis florentinū ex iure tali forensi cesso uel in eū traslato uel qd ipsi forensi nō trasferetur ī futurū in talē forensem p aliquē ciuē comitinū uel districtualem floren aut eius occasione Nec de aliqua cā uel questione que fieret uel moueretur coram se uel sua curia p aliquē ciuē comitatinū aut districtualem florentinum cōtra aliquem forēse

ex iure tali civi comitatino vel districtuali florentino
cesso fuit seu translato in eum seu quod in futurum cederet
aut aut transferet in talem civem comitatinum vel
districtualem florentinum per aliquem forensem aut eius
occasione et si quid contra predicta vel aliquod eorum fieret
ipso iure sit irritum et inane

De arbitris cogendis ad sententiandum R.a XV.

Statutum et ordinatum est quod si contigerit aliquam
questionem aut differentiam quertere vel esset coram
officialibus mercantie vel sex consiliariis seu curia
dicti officialis compromicti in arbitrium sive arbitros vel
arbitratores possint teneantur et debeant officiales predicti
ad petitionem cuiuscumque partium cogere cum effectu
ipsum arbitrum seu arbitros et arbitratores et tertium si eligi
contingat ad laudandum et sententiandum diffinitive
super huiusmodi questionem seu differentiam et etiam partes
ad tertium eligendum in tali compromisso quandocumque fuit
expediens et propterea dicti officiales possint tam par
tem quam arbitros et arbitratores multare et condem
nare et omnia facere que et prout sibi videbitur visum
fuerit expedire Et eidem possint teneantur et debeant
facere et observare in omnibus et singulis et contra omnes
et singulos rationerios calculatores et commissarios in
quem seu quos aliqua ratio aut aliqua questio vel
differentia revidenda et calculanda et referenda
commissa fuerit in dicta Curia

De modo et forma seruandis in concessione represaliarum et earum suspensione et aliis infrascriptis R. xvi.

PRO. indempnitate mercatorum et artificum
ciuitatis et districtus flor. et prouisum et ordinatum
quod quicunque de ciuitate comitatu uel districtu flor.
habere deberet ab aliqua persona collegio et uniuersitate uel
sotietate de aliqua ciuitate castro terra uel loco
extra districtum florent. aliquam pecunie quantitatem
uel si res alicuius ciuis uel districtualis florentini fue
rint ablate uel detente uel eorum possessiones inquieta
te uel expedite grauati aut dampnificati fuerint siue
detenti uel modo aliquo inquietati contra debitum et soli
tum modum dictus officialis ad petitionem talis credi
toris uel recipere debentis uel iniuriam seu dampnum
patientis requiri faciat potestatem rectorem seu con
silium aut commune ipsius terre aut dominum uel domi
natorem per nuntium aut per litteras communis florentie
uel ipsius officialis et dicte uniuersitatis ut satis
fieri faciant tali debenti recipere uel iniuriam
seu dampnum passo uel patienti uel procuratori suo
absque grauamine uel dispendio et iustitia sibi faciat
summarie et expedire ita quod sua debita consequatur
in termino unius mensis a die presentationis tarum uel
facte requisitionis si quantitas uel res petita esset ul
tra flos centum auri uel maioris extimationis flore
norum auri cent. et quindecim dierum si fuit in dictam
quantitatem uel extimatione et eo termino etiam
in ipsis litteris uel requisitionibus facto medio et infra
ipsum terminum petens seu querimoniam de predictis uel
aliquo eorum faciens per se uel suum procuratorem tene
atur coram tali rectore uel officiali domino uel domi
natore sic requisito accedere et se offerre paratum

et se obstendē et prosequi Jura sua infra tempora supra
dicta ut prefertur Quod si potestas uel rector seu officialis
dominus uel dominator uel alius sic requisitus per dictas
litteras negligenter processerit et summarie iustitiam
dicto petenti facere obmiserit aut nō fecerit in dictum
terminum tunc talis petens recursum habeat et
suam petitionē proponat coram officiali mercantie
predicto et qui officialis utero predenominato uel alter ipsorum
per suas et dicte universitatis aut etiā dicti comunis florentie
requiri faciat aut satisfieri faciat cum effectu
dicto creditori uel iniuriam passo seu dampnificato
infra decem dies a die presentationis litterarum predi
ctorum uel cum eo ad concordiam et compositionē deueniat
uel saltē infra certum terminum in dictis litteris
apponendum secundū loci distantiam teneantur compa
rere uel mittere ad respondendū tali petenti uel
conquerenti et ad se se defendendum et sua Jura siqua
haberet ostendendū coram dicto officiali et in eius
Curia et innumptiando etiam eis in dictis litteris pro
suis subditis in eorum iuribus deesse nō potest et quod ad eorum
stantiam cogeretur procedere ex forma capitulorum sta
tutorum dicte universitatis ¶ Et si post dictā requisitionē
predictam satisfactū nō fuerit ut predicitur aut si sic
citatus uel requisitus in dictū terminū in dictis litteris
apponendū nō comparuerit per se uel eius legiptimum
procuratorē coram dicto officiali uel in eius Curia
uel etiam comparuerit dictus officialis procedat ad re
ceptionem probationum tam ipsius petentis et conque
rentis quā etiam partis aduerse si comparuerit tum

matim & breuiter & ipsis receptis ipsas & totum negotium di
ligenter examinet una cum dictis sex suis & dicte uni
uersitatis consiliarijs & cum consulibus quinque maior
artium ac etiam sex artificibus & mercatoribus ad ...
& qualibet & pro qualibet quinque artium predictarum eli
gendis per dictos consiliarios & consules uel duas partes
eorum faciendo partitum ad secretum scruptineum inter
eos de melioribus & grauioribus & qui de ciuitate florentie
mictant seu ad ipsam ciuitatem mercantias de ferri faciant
per se uel eorum socios uel factores undique ciuibus uel distri
ctuali florentinis & qui libros habeant & teneant de
acceptis & datis ac resideant continue in fundacos uel
apotecas in quorum numero non possit esse aliquis ad quem
pertineat comodum uel incomodum huiusmodi represali
arum aut aliquis eius consors uel consanguineus per lineam
masculinam siue socius factor uel discipulus sub pena
librarum xxv f.p. ac etiam periurij cuilibet eorum contrafa
cienti de facto auferenda per dictum officialem Et si obten
tum fuit per duas partes dictorum consiliariorum consulum
& adiunctorum etiam absentibus uel represalia que pe
teretur debere concedi & causam seu causas quare
peterentur esse iustam seu iustas Tunc dictus offici
alis cum consilio & deliberatione dictorum sex consili
ariorum & consulum & adiunctorum uel duarum partium eorun
dem dicto tali petenti seu conquerenti concedat repre
salias & licentiam reprehendendi & tales represalie sint
firme & intelligantur esse licite concesse & executionem
plenariam mereantur Et ipsis sic concessis dictus officialis
teneatur statim per preconem comunis florentie saltem in

quintam diem post ipsam concessionem in locis publicis
et consuetis talem concessionem represaliarum facere
publicari et super eis omnes admoneri ita quod quilibet
bona facere in tali loco possit sibi precavere et inde di
scedere statuendo terminum quadraginta dierum vel
minorem secundum loci distantiam prout deliberatum fuit
per officialem consiliariorum dummodo non sit maior sex
mensium in quem nullus talibus represaliis uti possit
Et si civitas castrum vel locus contra quam seu quem seu
eius homines et personas peterentur represalie esset
inimica communi florentie vel ad eum locum tute non
posset accedi possint sex consiliarii et consules di
ctarum quinque artium vel due partes eorum vel etiam absen
tibus prout dictum est providere de loco communi et
tuto ubi possit de iuribus utriusque partis disputari et
prosecutio fieri de qua inimicitia et aliis supradi
ctis si renovaretur in dubium stetur deliberationi sex
consiliariorum et consulum predictorum vel duarum partium
ipsorum ut dictum est quocumque facere etiam parte non
citata Et secundum ipsorum deliberationem in omnibus et
per omnia procedatur observetur et fiat non obstantibus que
superius dicta est vel aliquo eorum et quod huiusmodi re
presaliarum concessiones facte secundum formam et
modum predictum observentur et executioni mandentur
per dictum officialem et ceteros officiales omnes et singu
los rectores et officiales communis florentie summarie et de
plano et sine strepitu et figura iudicii incipiendo et
a personarum captura et detentionem bonorum et rerum
sequestratione et aprehensione et etiam propria auctoritate

creditorum uel recuperari debentium usque ad integram satisfacti
onem ¶ Et quod quilibet in cuius fauorem huiusmodi re
presalie concederentur teneatur et debeat illud quod habuis
set uel quomodolibet exegisset ab aliquo uigore ipsarum
represaliarum aut ipsius extimationem describi facere in actis
mercantie et dictorum officialium in quodam libro ad hec de
putando ita quod clare appareat quod et quantum propterea ha
buerit Quem librum Guardiani seu custodes actorum
dicte uniuersitatis penes se habere teneantur
et debeant expensis dicte uniuersitatis alioquin talis huius
represalias sit priuatus potestate et iure utendi dictis
represaliis ¶ Et contingerit quod aliquis ultra sibi debitum aliquid
uigore aliquarum represaliarum exigeret uel haberet
possit et debeat per officialem predictum et quemlibet alium
officialem et rectorem comunis florentini personaliter et realiter
conueniri et capi et cogi et modis omnibus artari de
facto et omnibus iuris et statutorum solempnitatibus
et substantialitatibus obmissis et non seruatis ad instantiam
cuiuscumque interesset ad restituendum totum quod sic ultra
debitum habuisset cum pena dupli dicto tali petenti
cuius interesset et interesset pro dimidia applicanda
da et pro alia dimidia camerario dicte uniuersita
tis pro dicta uniuersitate et quod dictus officialis et
sex eius consiliarii ad instantiam cuiuscumque petentis
et etiam proprio motu teneantur et debeant sollicitare
procurare et operari quod de et super quibuscumque represaliis
iam tam concessis quam in futurum concedendis et concordia
uel compositio habeantur et fiat eo modo et forma et prout
et sicut eius uidebitur conuenire ¶ Et quod quicquid per eos una
cum consilio et deliberatione consulum quinque maiorum artium

uel maioris partis eorum uel etiam absentibus ut dictum est circa ipsam concordiam uel compositionem promissum seu determinatum fuit possit et debeat executioni mandari et plenarie observari et de hiis et ab eis dependentibus et connexis habeat et habere intelligantur plenum arbitrium auctoritatem et liberam potestatem. Et idem intelligatur et fiat de quibuscumque represaliis concessis uel concedendis alicui uel aliquibus contra comune Florentie uel aliquam terram uel locum de comitatu uel districtu Florentie uel homines seu personas dicte ciuitatis terre uel loci in fauorem alicuius communitatis uniuersitatis uel loci uel alicuius seu aliquorum hominum forensium de extra ciuitatem comitatum et districtum Florentie Et quod dictis officialibus una cum consilio et deliberatione sex consiliariorum predictorum et consulum quinque artium predictarum et sex additorum et qualibet artium predictarum qui sint qualitatis et conditionis de quibus et prout supra alias dictum est uel duarum partium ipsorum omnium aliis etiam absentibus eligendum per dictos sex consiliarios et consules possit quando sibi uideretur utile pro mercatoribus uniuersitatis predicte suspendere quascumque represalias iam concessas seu concedendas quibuscumque de ciuitate comitatu uel districtu Florentie pro comune Florentie uel alios eius auctoritate seu potestatem alem predictum et dictam uniuersitatem uel eius auctoritate contra quoscumque per tempus et terminum unius anni ad plus prouincie qualibet dummodo ipsa suspensio fieri nequeat nisi semel in anno pro qualibet represalia et prout et sicut et quemadmodum et cum hiis modis formis et condictionibus cum quibus eis uel duabus partibus

ipsorum uidebitur conuenire. Et si contingeret quandocunque quod per dictos officiales cum deliberatione officii dictorum suorum consiliariorum pro utilitate dicte universitatis rogaret seu requireret per suas litteras uel nuntios uel ambasciatores aliquam communitatem universitatem dominum uel baronem uel aliquam aliam personam que haberet seu habere diceret represalias contra commune florentie aut singulares personas de ciuitate comitatu uel districtu florentie quod ipsas represalias capsaret uel suspenderet aut de eis uel super eis componeret secundum deliberationem que fieret semel et pluries et quotiens per dictum offitialem et consiliarios et consules eorum tos predictos et si ipsas represalias non cassaret aut non componeret seu non suspenderet secundum deliberationem et litteras predictas et infra tempora in eis declaranda. Extunc nullus dominus uel baro aut aliquis de ciuitate terra uel loco unde esset tales qui predicta ~~capsaret~~ cessaret possit quoquomodo eligi in assessorem uel esse per se uel cum alio stare seu residere ad aliquod uel in aliquo offitio in ciuitate comitatu uel districtu florentie sub pena librarum mille paruorum pro quolibet et qualibet uice ~~com~~ communi florentie applicanda. Et nichilominus eius electio sit irrita et inanis et tali offitio nullatenus fungi possit. Et quod nullus de ciuitate comitatu uel districtu florentie possit uel debeat in terris aut locis post terminum ipsi banniti et quo supra sit in eo morari uel cum eis negotiari uel mercari sub pena librarum mille paruorum dicte universitatis

l

applicanda pro quolibet et qui habet incurrat et sic intelligatur
pro quo debeat contineri et omne dampnum quod propter
huiusmodi vel alterum eorum substineret seu reportaret
sibi debeant imputari sine spe alicuius refectionis
vel emendationis sibi fiende a comuni florentie vel ali
qua singulari persona et eidem intelligatur observetur
et fiat in casu quo aliqua persona de civitate comita
tu vel districtu florentie moraretur aut negotiaretur
quoquomodo per se vel alium in aliqua terra vel loco
qui haberet seu habere diceretur aliquas represa
lias seu licteras reprehendendi contra comune florentie
aut aliquam societatem vel singularem personam de
civitate comitatu vel districtu florentie sub simili
pena et quilibet officialis saltim semel tempore sui
officii teneatur et debeat sub pena librarum centum
parvorum dicte universitati applicanda predicta in locis
publicis per civitatem florentie bampniri facere quod nullus
possit de predictis ignorantiam allegare ¶ Et ut predicta
via clariori procedant statutum est quod in quodam li
bro de membranis ad id deputando per officium dictorum
sex describantur per notarium dicti officii in brevi repressalie
concesse et concedende tam contra comune florentie vel singulares
personas civitatis comitatus vel districtus florentie per quos
cumque quam contra quoscumque in favorem alicuius de civitate
comitatu vel districtu florentie per dictum officialem aut per
dictum comune vel aliquem eius officialem scribendo nomina in cuius
favorem represalie sunt concesse et contra quos et quando
et causas quare et pro quantitate ita quod de facili
unicuique volenti predicta possint esse nota et sub suspensiones ipsarum
represaliarum aut concordia si qua facta esset super hiis represaliis.

Qualiter procedatur contra facientes venire mandata R.a xvij

UT Fraudibus et calliditatibus resistatur pro posse statutum et ordinatum est quod si aliquis de civitate comitatu vel districtu Florentie procuraverit vel procurabit tacite vel expresse per se vel alium aliquo quesito colore quod aliquae litterae mandata seu mandamenta sive requisitiones aut citationes fierent vel destinarentur ab aliquo domino persone communi magistratu sive officiali quocumque nomine nuncupetur contra aliquam personam seu personas de civitate comitatu seu districtu Florentie aut in preiudicium seu dampnum alicuius civis seu districtualis Florentie aut communis Florentie sive universitatis mercatorum dicte civitatis vel contra se ipsum ad defensionem seu pro defensione sui ipsius vel suorum bonorum vel in fraudem creditorum vel iuris alicuius civis vel districtualis Florentie aliqua ratione iure modo vel causa potestas vel capitaneus et executor ordinamentorum iustitie civitatis Florentie et quilibet alius rector et officialis communis Florentie et etiam dictus officialis mercantie et quilibet eorum per se ipsum et suo proprio motu ad instantiam et petitionem cuiuslibet petentis teneatur et debeat compellere et compelli facere omni modo et via et iure vel de facto quolibet die et loco quantumcumque prohibito illum talem pro quo vel cuius vel occasione dicte littere mandata seu requisitiones vel citationes misse seu missa aut facta fuerint vel fuisse diceretur nec non eius patrem avum vel pro avum et seu fratrem carnalem communiter viventem cum eo et in eandem mercantiam vel artem exercentem vel alium magis coniunctum talis procurantis vel pro quo vel cuius causa vel occasione talia facta fuissent vel fuisse

dicerentur ita et taliter quod statim et sine ulla dilatione
et omni exceptione oppositione et defensione reiectis et non
obstantibus tales litteras requisitiones seu mandamenta
vel mandata revocetur et totaliter tollantur infra
terminum ad beneplacitum rectoris vel officialis pro
cedentis vel cognoscendis assignandum. Et quod dicti
potestas capitaneus et executor ordinamentorum et offi
cialis et quilibet eorum in solidum possit teneantur et debeant
predictos supra nominatos et quemlibet eorum detinere et
detineri facere ac etiam condempnare et multare
semel et pluries et quotiens in illa quantitate et qua
et quemadmodum sibi videbitur inspecta qualitate
facti et conditione personarum et eorum et cuiuslibet eorum
bona auferre dando tali civi seu districtuali flo
rentino inveniens per iudicium dicte litteras seu requisi
tiones vel mandamenta venerint seu missa fuerint
in satisfactionem et etiam publicando communi florentie
et in communi florentie usque ad eam summam in qua talis civis
seu districtualis vel etiam dictum commune florentie per suum
sindicum vel actorem iuraverit se dampnificatum
vel gravatum esse sine aliqua alia probatione vel
taxatione iudicis vel officialis cognoscentis. Et quod de
hiis super hiis peti aut dari non possit nec debeat aliquod
consilium vel colloquium sapientis aliqui petiti non obstante
aliquo capitulo statuti. Et intelligatur pervenisse dictas
litteras requisitiones seu mandamenta nisi aliter per
legiptimas probationes ostenderet quemdictus officiat
mercatie et sex consiliarii officiat predicti pro tempore
existentis et duo de qualibet arte et predictis quinque ar
tibus insimul congregati et dictis sex consiliariis eligendi

& duę partes eorum omniũ duxerit uel declarauerint
etiam parte nõ citata & sine ulla alia solempnitate
seruanda faciendo inter eos ꝑtitũ ad fabas nigras &
Albas ¶ Et ꝙ quicquid dictis officialibus fecerint seu fecerit
aut mandauerit ꝓtextu seu uigore sui officij in
ꝓdictis & circha ꝓdicta uel ĩ alijs uel circha alia oc
currentia & incidentia & inmmentia aut de nouo quomodolibet
insurgentia ualeat & teneat & ꝑpetuam & irreuocabilẽ
obtineat firmitatẽ ita ꝙ mutari corrigi uel cassari
nõ possit uel aliquatenus minui ¶ Et ꝙ a processibus adiu
dicationibus sñnis & solutiũ dationibus & diffinitionibus
fiendis in predictis uel circha ꝓdicta uel aliqd ꝓdictorum
seu dependentibus uel emergentibus in predictis uel circa
ꝓdicta uel aliquid ꝓdictorum nõ ualeat appellari uel de
nullitate seu iniquitate obici uel opponi uel aliquo
modo indubiũ reuocari ¶ Sed teneãt dñi potestas ca
pitaneus & executor ordinũ iustitie priores artiũ
& uexilli iustitie Iudex uel sindicus uel Iudex appel
lationum & ceteri officiales ad iustitiam constituti &
constituendi pro cõi & populo florentie & familie
eorum ꝓdicta oĩa & singula & que gesta facta et
exercitata fuerint ꝑ officialem ꝓdictum uigore sui
officij totaliter & effectualiter & inuiolabiliter obseruare
& exequi dicto & facto & executioni mandari in
omnibus & ꝑ oĩa ut prout & sicut facta et gesta fue
rint ꝑ officialẽ ꝓdictũ omni exceptione iuris & facti
& omni defensione & qualibet cõtraria oppositione re
iecta & penitus nõ audita in continenti ꝙ ad eorum uel ali
cuius eorum & ꝓdictis uel in aliquo ꝓdictorum notitia ue
nerit sub pena librarum quingentarum proquolibet eorum qui

negligẽs fuerit

negligens fuerit in predictis sententia quod dicta auferenda et comuni florentie applicanda pro una dimidia et pro alia dimidia dicte universitati mercatorum.

De modo servando super mandatis et litteris mictendis comuni florentie R. xviii

Statutum et ordinatum est quod si alique littere vel mandamenta mitterentur comuni florentie aut alicui rectori vel officiali dicti comunis aut dicte universitatis vel officiali ex parte alicuius civitatis terre vel baronis aut domini vel dominatoris vel domine quod eis vel alicui eorum subdicto aut districtuali vel alii satisfiat de aliqua seu aliquibus quantitatibus pecuniis vel aliis rebus que eis vel alicui eorum aut eorum vel alicuius eorum subditus vel alias diceret deberi per aliquos cives seu districtuales florentie tunc dictus officialis assignet terminum trium dierum illi vel illis contra quem vel quos dicte littere vel mandamenta mitterentur ad ponendum quicquid voluerit contra dictas litteras et mandata et ad omnem eorum defensionem faciendam ac etiam dictus officialis infra quintum diem postquam littere vel mandamenta fuerint presentata faciat illos contra quos dicte littere vel mandata mitterentur satisdare idonee de conservando indempne comune florentie et singulares personas dicti comunis ab hiis omnibus que in dictis litteris continerentur et sic supra in balia dicti officialis continetur Et de omni eo ad quod iure teneretur et cogno scribet sine ostenderit legiptimam defensionem Et si tales contra quos

dicte littere et mandata uenerint uel micterent non satis
dederint in termino assignando idem ex parte dicti offici
alis aut per ipsum officialem tunc dictus officialis proce
dat contra eos et eorum familia et bona prout in
balia dicti officialis plenius continet. Et quod ista cautione
quod dicta fuerat idem officialis a dictis civibus seu distri
ctualibus contra quos dicte littere uel mandata fuerint
missa teneantur ad ea que in dictis litteris et mandatis
continentur Et si aliquid debent recipere uel habere
ab aliquo de terra unde dicte littere uel mandata ue
nerit et si dicerent quod si tunc dictus officialis assignet
eis terminum trium dierum ad ostendendum et producen
dum omnia eorum iura coram dicto officiali et si ali
qua iura producerent quod dicto officiali uideantur
sufficientia requirat dictus officialis producentes di
cta iura ut eorum iura coram dicto officiale et si ali
qua iura producerent quod dicto officiali uideantur
sufficientia requirat dictus officialis producentes dicta
iura ut eorum expensis mictant unum ambasciatorem ad
uoluntatem et beneplacitum dicti officialis qui debeat
esse procurator producentium ad terram locum domini uel
baronis uel domina dicendo et exponendo quod commune
florentie et eius regimina et dictus officialis pro com
florentie et mercatoribus florentinis parati sunt eidem per
quo uel cuius ea littere uel mandata missa fue
rint summariam facere rationem secundum formam
balie dicti officialis Dummodo idem commune et dominus
baro uel domina idem uelint facere et faciant floren
debentibus ab eis uel eorum districtualibus et hijs qui oste

derint se debere recipere et habere Et si dictum commune et dominus
baro vel domina responderint se nolle facere cum effe
ctu summarium dominis florentinis aut dicto ambascia
tori et seu procuratori recipere pro eis. Tunc dictus offitia
lis faciat et observet ut illi pro quo littere misse
fuerint secundum formam dicte sue balie ut superius
dictum est et si ultra quam dicta dictum commune dominus domina
vel baro aliquam represaliam concesserit contra commune flo
rentinum vel eius cives vel districtuales vel exactionem
fecerint et qua represalia esse concessa vel exacta
facta Tunc dominus potestas civitatis florentie ad petitionem
dicti offitialis vel etiam dictus offitialis faciat bampniri
publice per civitatem florentie quod quilibet de civitate florentie
vel eius districtus debeat debeat discedere de dictis
terris et locis cum rebus suis si essent in tuscia infra duos
menses a die bampni missi et si esset extra tusciam
infra unum annum et nullus de civitate florentie vel
eius districtu debeat in dictis terris communibus vel uni
versitatibus aut locis talium baronum aut comitatum
vel domini vel domine vel eorum aliqua stare vel morari post
terminum bampni mictendi neque cum eis tractare
vel vel mercari vel aliquam eis mercantiam mittere vel
pro eis vel aliquo eorum emere vel aliquid facere pro eis
ad penam librarum duorum milium parvorum pro una dimidia ap
plicanda communi florentie et pro alia dicte universitati
Et nichilominus privetur omni beneficio civitatis
florentie per dictum offitialem in qua pena dictus offitialis
eum vel eos qui contra fecerint possit et debeat con
dempnare et quod quilibet possit de predictis accusare.

& de exemplari publice & secrete & hanc quartam partem co
dennaptoris & quod dicti officiales super predictis habeat
liberum arbitrium inquirendum inueniendum & condenna
dum pro probatione uel inditia uel per famam & predicto
termino manente homines illius terre communis uniuersi
tatis uel baronis aut domini uel domine de eorum persona capiant
& detineantur & capi & detineri possint in ciuitate flore
& eius districtu ad petitionem cuiuscumque & mandato sen
licentia dicti officialis & cuiuslibet rectoris & officialis communis
flore etiam propria auctoritate libere & impune donec
nec dicta talis res sublata fuerit per penitus sublata &
expoliata signa facta fuisset restituta & restaurata
cum expensis dampnis & interesse

De cogendo mercatores & artifices ad osten
dendum libros & copiam librorum facien
da et de priuatis scripturis Rubrica xviiij

Vt bona fides obseruetur & tollantur iuris api
ces tediose prouisum est quod quicquid in libro uel
libris & codicibus rationum alicuius mercatoris uel
artificis uel habentis librum in signo soliti et describi
rationes & computa accepta & data apparet & apparebit
se dare deberi alicui persone uel loco pro lucro sine
dono uel aliqua remuneratione pro aliqua pecunie
quantitate qua talis mercator uel artifex seu ha
bens librum huiusmodi teneretur aut hactenus te
nebitur alicui persone societati uniuersitati uel loco
quod illud totum teneatur & intelligatur dare proresti

.tutionē seu refectionē dampnorum et expensarum et interesse
pro tempore quo solue cessauit creditori suo ut quo
talem pecuniam sui creditori tenuerit et quod quilibet
mercator uel artifex aut habens librum huiusmodi
qui in libro suo aut suorum sociorum se debitorem ab
scripsit alicui creditori suo quocumque modo pro aliqua
uel in aliqua pecunia quantitate illud per omnem uiam
et modum soluere compellatur in personis et rebus
nulla exceptione oppositione uel defensione obstante
nisi esset exceptio uel allegatio finis solutionis uel
compensationis que probari possit et debeat per instru
mentum publicum uel per scripturam factam uel subscriptam
manu propria creditoris aut per scripturam liquidam
et apertam alicuius alterius publici camporis uel
mercatoris. Nec aliquis qui illud quod scripserit uel
in cuius libro scriptum esse reperiretur proponeret
uel allegaret aut pro eo proponeret uel allegaret
id quod scriptum esset non esse uerum uel quod rei ueritas
non se haberet ut scriptum esset in tali libro modo
aliquo admictatur uel audiatur. Et quod dictus officialis
possit prout sibi uidebitur de iure et de facto et modis
omnibus compellere omnes et singulas societates et singula
res personas societatum et omnes et singulos mer
catores et artifices de ciuitate comitatu uel districtu
florentie ad ostendendum eorum libros seu librum omnibus et
singulis sociis eorum et eorum heredibus ac etiam magistris
factoribus et discipulis et eorum et eorum et cuiusque eorum
heredibus et etiam omnibus aliis habentibus rationem
in eo uel eis Ac etiam omnibus et singulis forensibus

cōpelli cō

Creditoribus eorundem uel procurat. eorum et cop. inde fa
ciendum summendum ac sumpti pro mittendum de hiisque
spectarent ad eos infra octo dies si dicti libri seu liber
esse dicerent in ciuitate florentie et si extra dicerent
infra terminum competentem prout dicto officiali
placuerit considerato conditione temporis et loci distan
tia dummodo petens in sua petitione exprimat al
tem annum debiti contracti uel inquo diceret sede
bere recipere et instrumenta sumpta ex ipsis libris
per publicos notarios florentinos auctoritate dicti officialis ua
leat et optineat tamquam autenticam et eis plena fides ubi
libet tribuatur et executioni mandentur per officialem predictum
et quemlibet alium tamquam instrumenta guarantigie et dictus
officialis teneatur auctoritatem et decretum interponere
talibus instrumentis summendis seu explanandis ut dictum
est Et si quis cessaret ad mandatum dicti officialis dictos
Librum uel libros ostendere et exinde permittere copiam
sumpti ut dictum est et dicto officiali impedictis non obedi
rent incertum libr. pt proquolibet eorum ~~prouincie~~ prouincie
qualibet per dictum officialem habeant condempnari et
nichilominus haberi debeat pro conuinctis et confessis de
omnibus et singulis que peterent ab eis uel que scri
pta dicerent in libro seu libris predictis uel que scri
pta reperirentur in libro seu libris talium petentium
uel petentis per officialem predictum et in predictis omnibus
et singulis et dependentibus et connexis ab eis uel aliquo
eorundem dictus officialis procedere possit et debeat
et arbitrium habeat ~~prout~~ sibi uidebitur et placebit etiam
contra tales cessantes exhibere libros in personis et
rebus ad satisfactionem eorum qui peterent Et predicta

habeat pro confessis et conuinctis requirit tamen declaratio iu
dicis Nam quotiens quid committit motui iudicantis requirit eius iuditium et declarationem

qui decessantibus ostendere librum et copiam facere dictorum ut
locum habeant recepta aliqua fide a parte petente vel per
inquisitionem ipsius officialis secretam vel palam fienda
repertorum quantos libros tales cessantes habeant et quod facul
tates habeant talem librum vel libros edendi vel osten
dendi. Ita quod omnis fraus tam ex parte cessantis quam ex
parte petentis cesset. Et in predictis et circa predicta pos
sit procedi omni iure et iudiciorum ordine pretermissis
et quomodocumque et qualitercumque dicto officiali videbitur et
placebit. Item quod nulla scriptura privata facta vel
subscripta manu propria debitoris vel alterius de vo
luntate vel mandato talis debitoris per quam aliquis se sub
iceret iurisdictioni dicti officialis vel ex consiliariis
intelligatur valere et valeat quantum ad hec et vigore
ipsius scripture aliqua iurisdictio intelligatur esse
concessa vel prorogata dicto officiali aut ex consiliariis
et quod nullus officialis predictus audeat vigore talis scripture
officium vel iurisdictionem aliquam exercere sub pena
librarum v. parvorum cuilibet tali officiali auferenda per quemcumque
rectorem et officialem communis Florentie et etiam per sindicos
ad talem officialem sindacandum deputandos et dicto communi
applicanda et quicquid in contrarium fieret sit ipso
iure nullum. Nisi tale scriptura fuerit facta vere
inter mercatores et artifices florentinos et ex causa
vere et non ficte mercantie vel nisi primo declaratum
fuerit per ipsum officialem et ex consiliarios ipsam ta
lem scripturam esse et fuisse factam inter merca
tores seu artifices seu pro mercantiis aliquibus ali
quorum mercatorum vel artificum vel ipsarum mercanti
arum et ea ficta et non simulata ~~seu ficta~~ et insuper quod ex
omnibus aliis scripturis privatis que non processissent

ut predicitur ex dicta causa merchantie et inter dictos merca
tores et artifices florentinos aut de quibus uel super quibus
non fuisset facta dicta declaratio per dictum officialem
et sex consiliarios ut dictum est et earum obligatione
debet solui gabella contractuum dominus florentie in omni
bus et per omnia ac si tali scripture esset instrumentum publicum
uel pro instrumento publico esset recognita, Et ipsa ga
bella non soluta saltem ante ipsam executionem
nulla exinde possit fieri executio et si fieret non uale
at et non teneat ipso iure Dicta autem gabella solu
ta possit fieri talis executio etiam si nulla fieret
declaratio per dictum officialem et sex de ipsa et super
ipsa tali scriptura et contentis in ea Dum tamen talis
scriptura uel obligationem seu promissionem in eo contentum
processerit ex aliqua contractum comercio uel ministe
rio usurarum dictus officialis non potest nec debet cognio
scere uel se intromictere ut latius continetur super insta
tuto posito sub rubrica de officio et balia officialis fo
rensis

Qui in certis casibus non possit esse aduoca
tus uel procurator sine licentia consi
liariorum et de aliis infrascriptis Rubrica XX

Statutu et ordinatum est quod in causis uertentibus uel que
in futurum uerti possent coram dicto officiali in
ter magistrum et factorem seu discipulum nullus
ex litigantibus possit audeat uel presumat ducere
uel secum habere induta curia uel coram dicto
officiali in tali questione uel in tali question uel cam
aliquem aduocatum uel procuratorem sub pena librarum

decem pro quolibet cuiuslibet eorum contrafacienti et quotiens auferre
da per officialem predictum et quod in huiusmodi causis dicti
officiales vinculo iuramenti et sub simili pena nullum
Iudicem vel procuratorem audiat vel admictat
Et quod etiam in aliqua causa vel questione que verte
retur vel esset coram dicto officiali vel eius curia
inter socios vel olim socios vel heredes eorum de quacumque
re seu pro executione alicuius sententie consulum
alicuius artium civitatis florentie nullus ex litigantibus
possit vel ei liceat aliquem advocatum vel procu
ratorem habere vel ducere sine licentia promissio
ne dictorum sex consiliariorum sub dicta pena et dictus
officialis forensis non possit aliquem advocatum vel pro
curatores tali causa vel questione admictere vel audi
re nisi habita licentia supradicta sub eadem pena
et teneatur dictus officialis vinculo iuramenti et sub
pena librarum xxv pro qualibet vice qua contrafece
rit vel negligens fuerit non pati quod in dicta curia
aliquis notarius faciat continuam residentiam nota
riis forensibus dicti officialis dumtaxat exceptis in aliis
autem causis et questionibus quelibet partium possit du
cere et habere quem et quos et quot procuratores et ad
vocatos voluerit Etiam nulla tamen tali licentia impe
trata et dictus officialis forensis ad petitionem cuiuslibet
civis comitatini vel districtualis florentie qui haberet
aliquam causam civilem cum aliquo Iudice ad
vocato seu notario in aliqua curia seu coram
aliquo officiali communis florentie qui diceret se non habere
seu non recipere advocatum vel procuratorem contra
talem iudicem vel notarium de facto prout sibi pla
cuerit etiam per persone detentionem et pignorationem

& multa possit cogere advocatos & procuratores quos
voluerit ad suscipiendum advocationem & procurationem
& patrocinium prestandum pro talibus causam habentibus & eum
fideliter ad iurandum pro salario competenti stamen-
dum ad ipsius officialis liberum arbitrium & etiam si sibi
videbitur ad iurandum predicta facere Et quod tam dictus
officialis forensis quam sex consiliarii predicti & quat-
tuor ex eis consiliariis de litibus seu controversiis que
verterentur inter aliquem matriculatum in arte Iudi-
cis & notariorum Civitatis Florentie ex parte una & aliquem
comitatinum seu districtualem civitatis predicte non
matriculatum in dicta arte ex parte altera De
aliquo salario pro eo vel mercede quod seu quam dictus
talis matriculatus peteret ab ipso non matriculato
pro aliquo consilio advocatione patrocinio sive pro
aliquibus scripturis per ipsum matriculatum predictis
seu factis possint & debeant ad instantiam petentis
cognoscere & terminare summarie & de plano &
ipsa salaria taxare prout viderint

Quod discipulus vel factor possit proponere quod sit
in patria potestate aut quod non sit emancip-
atus Rubrica xxi

STatutum & ordinatum est quod nullus qui stet vel ste-
terit pro discipulo vel factore alicuius vel in ma-
gistri in aliqua negotiatione vel traffico pertinente
ad aliquam ex magnis artibus civitatis Florentie
licet sit vel fuerit in potestate paterna vel avita
vel sit emancipatus occulte nec aliquis eius fideiussor
possit proponere vel allegare quod sit vel fuerit in
potestate paterna vel avita vel quod non sit vel fuerit

legiptime mancipatus in aliqua questione uel causa mota uel mouenda contra talem discipulum uel factorem aut fideiussorem coram offitiali uni versitatis mercatorum et si talis exceptio uel allegatio proponeretur non admictatur et dictum offitialis set contra talem discipulum uel factorem et eius fi deiussorem procedat exceptione et oppositione hu iusmodi non obstante ac si uere foret et fuisset emancipatus et de emancipatione cum apparetet et ac si talis discipulus uel factor fuit et sit effectu aliter suis iuris

Qui possit procedi contra exercentes de arte qui non sint matriculati R ca XX

Statutum et ordinatum est quod dictus officialis possit sibique liceat teneatur et debeat contra quoscumque qui facerent uel exercerent per se uel alium aliquatenus aut fecissent siue exercuissent aliquod misterium uel exercitium alicuius dictarum uiginti artium Ciuitatis flore non obstante quod ma triculati non essent in aliqua dictarum artium cogno scere inquirere procedere et condennare et omnia et singula facere que prout et sicut posset et sibi li ceret ex forma cuiuscumque statuti uel ordinamenti dicte uniuersitatis contra quoscumque uero mercatores uel artifices matriculatos in aliqua dictarum uiginti artium Ciuitatis flore ac si tales persone matricu lati et in matricula descripti reperirentur in arte seu artibus cuius seu quarum ministerium siue exercitium fe cissent aut facerent ut dictum est

Q(uod) nō possit fierj imposte artibus pro dicta universitate Rā xxiij

STatutū & ordinatū est q(uod) quandocumq(ue) uideretur
esse necessarie utile aut onorificum pro dicta uni
uersitate facere aliquas expensas que princi
paliter uel p(ri)vario tangeret uel respiceret omnes
artes uel saltem duas partes artiū ciuitatis flore(ntie)
q(uod) tunc cōsiliarij dicte universitatis una cū cōsul
ibus septem minor(um) artiū & uno ex cōsulibus aliar(um)
minor(um) artiū obseruandis debitis & distributis uel eor(um)
artiū secundū exigentia ordinis cons flore(ntie) & due
partes eor(um) possint & debeant circha tales expensas
& de ipsis expensis prouidere & ordinare & stantiare
semel & plures & quotiens & prout uiderit expedi
re & impositas tam artibus p(re)dictis quam artificibus
& dictis artibus inducere eo modo & forma & in ea & eis
quantitatibus quibus & quē admodū uoluerint &
quicquid in predictis uel circha p(re)dicta & ab eis depen
dentibus fecerint ut dictū est ualeat & teneat ple
no iure & possit & debeat inrefragabiliter obser
uarj & executionj mandarj ac si rite & recte fa
ctum esset p(er) totā dictā uniuersitatem & omnes ar
tes p(re)dictas

De electione notarior(um) ad recipiendū testes Rā xxiiij

STatutū & ordinatū est q(uod) in causis & questionibus
que uerterentur coram officiali p(re)dicto & in qui
bus testes producerentur eligantur notarij ad eos
examinandos & eor(um) dicta scribendo p(er) officialē
p(re)dictum saluoq(ue) si partes uellet notariū elige
re ad p(re)dicta tunc q(ui)libet ipsum possit unum

eligere et in dicto casu nullus eligat per officialem predictum et electioni predictum stet qui notarij habere debeat pro eorum mercede competentem salarium a partibus immedi- ctis et in dicto si non essent concordes stetur taxati- oni officialis

Quod nullus sindicus procurator uel defensor communis uel aliquis forensis agens audiatur nisi satisdet Rubrica xxv

STatutum et ordinatum est quod nullus sindicus yconimus uel procurator aut defensor alicuius uel aliquorum rerum siue communitatum in dicta Curia audiat uel in eius fauorem ex officio proce- dat in aliqua causa lite aut questione nisi primo et ante omnia satis det et satisdatus sit per bonos et idoneos fideiussores ad uoluntatem dicti officialis de parendo suis mandatis et de iudicio sisti et iudicatum solui et etiam de soluendo penam per dictum officialem imponen- dam et quotiens saluo quod quicumque conueniretur coram dicto officiali uel in eius Curia in aliqua causa et non posset se allegaret non posse satisdare ut supra exigit- ur et noluerit stare uel esse in carceribus dicti officia- lis uel communis florentie audiatur eius procurator et defen- sor et admictantur omnia eius iura eo existente de- tento ac si dicta satisdatio tunc facta foret saluo si allegaret absentia alicuius communitatis uel quod conue- niretur in dicta Curia per procuratorem uel contra personam talis communitatis et dicto officiali et dictis suis consiliarijs aut maiori parti eorum uideretur tali communitati terminum esse dandum ad comparendum eo casu et absque fide recepta prout crediderit conuenire possit dictus

officiali tali connecto uel petenti pro eo terminum assignari
ad comparendum et se defendendum, prout per dictum
officialem et suos consiliarios et maiorem partem eorum
fuerit deliberatum et considerata loci distantia et omni
nulla facta satisdatione per talem absentiam allegantem. Item quod siquis forensis uel non suppositus
iurisdictioni florentinae conqueri uel agere uoluerit
in dicta curia seu coram dicto officiali mercatorum
contra aliquem alium suppositum iurisdictioni dicti
comunis non audiatur uel aliqua ex eius petitio uel querela admictatur nec etiam ad eius comodum uel fa
norem quod dictum officialem mercatorum ex officio
procedatur nisi primo satis dederit et pro eo satis
datum fuerit ydonee per idoneos fideiussores ad uoluntatem dicti officialis de iudicio sisti et iudicato sol
uendo etiam in casu conuentionis uel reconuentionis et de
restituendis expensis et de parendo mandatis dicti
officialis et sue curie. Et quod secus fieret non ualeat
et non teneat ipso iure

Quod quilibet sotiorum teneatur insolidum ad debita contracta. Rubrica xxvj

Statutum et ordinatum est quod siquis de aliqua arte ex
artibus ciuitatis florentinae contraxerit uel se obligauerit asserendo in tali contractu uel obligatione
se facere pro se et suis sotijs et talis contractus uel obligatio esset uel fuisset de aliqua uel super aliqua re
spectante et pertinente ad societatem seu trafichum huiusmodi sotiorum omnes sotij talis contraentis uel obligantis

& quilibet eorum possint & debeant etiam indicta curia mer
cantie coram dicto officiale ex illo contrahente uel obli
gatione conueniri & cogi sicut ille qui contraxerit
uel obligatus fuit etiam non obstante quod dicto contra
ctu uel obligatione nihil reperiretur scripto in libro
seu libris rationum fundaci seu apotece uel traffici
dicti talium sotiorum Et si unus aliquis ex sotiis in aliqua uel
de aliqua dictarum artium aliquod debitum contraxerit
uel promissionem uel obligationem fecerit etiam ingnio
rante uel ingnorantibus sotio uel sotiis ipsis ex qua
cumque causa seu de quacumque uel super quacumque re et
ratio talis debiti obligationis uel promissionis reperi
retur scripta in aliquo libro ydoneo talium sotiorum
seu eorum fundaci uel apotece eo casu quilibet talium
sotiorum sit et esse intelligatur in solidum obligatus et tene
atur et cogi possit ad soluendum et satisfaciendum debito
in tali contractu promissione uel obligatione comprehen
sum Et predicta et quodlibet eorum dictus officialis merca
torum possit teneatur et debeat obseruare et exe
cutioni mandare et obseruari facere cum effectu

De obligatione filii familias et qualiter pater pro filio teneatur Rubrica xxvii

Statutum et ordinatum est quod si filius familias
nepos uel alius masculus descendens ex filio
uel nepote aliquod contraxerit debitum uel obli
gationem inierit dum staret uel esset in merca
tio uel aliqua arte ex mandato partibus ciuitatis Florentie
sicut magister et sotius sciente ~~ponte~~ patre uel auo
aut pro auo paterno et non contradicente liceat credi

toribus et hijs qui cum eo contraxerit id quod deberent
recipere a tali filio nepote uel descendente repe
tere a tali patre auo uel proauo ab ipso uel eius
successore, dum tamen talis filius uel descendens
steterit et habitauerit tempore et secundum tempus con
tracti debiti de quo ageretur, cum tali patre auo uel
pro auo in eadem domo et ad unum panem et uinum.
Et quod dicta locum habeant nisi pater auus uel pro
auus ante tale debitum contractum uel obligationem
factam per se uel alium denumptiasset uel denumptiationem
fecisset publice in curia consulum artis in qua seu de
qua fuit talis filius uel descendens se nolle pro tali
filio nepote uel alio descendente teneri de qua de
numptiatione debet constare per instrumentum publicum
aut per acta curie talis artis. Et si quis filius uel ne
pos erit uel se gesserit pro factore seu discipulo
alicuius societatis uel alicuius mercatoris in ciui
tate florentie uel tamquam factor uel discipulus iuerit
uel steterit extra dictam ciuitatem et districtum
florentie et male se gesserit et res seu pecunia talis
societatis uel specialium personarum quarum fuit fa
ctor uel discipulus abstulerit uel furtiuus fuit
uel cum eis uel eius se absentauerit aut male
~~Comp~~ consumpsit et rationem et postquam fuit requisitus
plenarie non reddiderit, tunc pater pro tali filio
et auus pro nepote teneatur et grauari possit cum
effectu et tales mercatores societatum speciales perso
nas teneantur conseruare indempnes et ~~[illegible]~~ [i]ndemnitus sit

dampno siue talis dictus filius uel nepos receptus fuit in factore uel discipulum ad instantiam patris uel aui siue non et hoc locum habeant nisi pater uel auus denumptiasset uel denumptiari fecisset publice per publicum instrumentum denumptiationem apud acta dictorum officialium universitatis mercatorum uel curie consulum artium de qua fuit tales magistri solum seu singulares personne ita quod innotitiam talium magistrorum venerit uel uenire potuerit et contineat quod talem filium uel nepotem non habeant nec teneant pro factore uel discipulo et quod de tali filio uel nepote non confidit et quod non intendit pro tali filio uel nepote ~~non confidit~~ teneri uel aliqualiter obligari qua denumptiatione sic facta de hijs que postea fierent uel obmicterentur per talem filium uel nepotem talis pater uel auus nullatenus teneantur uel conueniri possit et de predictis de quorum eorum dictus officialis possit teneatur et debeat cognioscere determinare et predicta exegui et observari facere cum effectu

De obligationibus fiendis et non fiendis. Rubrica xxviii

Statutum et ordinatum est quod predicti officiales et sex consiliarii et consules quinque maiorum artium teneantur et debeant quolibet anno in die festiui tatis sancti romuli offerre et oblationem facere et similiter dictus officialis et sex una cum consulibus omnium et singularum artium Ciuitatis florentie

teneantur et debeant offerre et oblationem facere
ad omnes et singulas infrascriptas festivitates et
infrascriptas ecclesias singulis annis videlicet die xxv martij
ad ecclesiam et in ecclesia servorum sancte marie die
ultimo aprelis sanctorum Jacobi et philippi ad ecclesiam
sancti Johannis die iij maij in festo sancte Crucis ad ecclesiam
sancte crucis fratrum minorum Die xxv maij
in festo sancti Zenobij ad ecclesiam sancte reparate
sive sancte marie del fiore de mense Junij in fe
sto sancti bernabe ad ecclesiam sancti bernabe de
mense Junij in festo sancti petri ad ecclesiam sancti
petri scheradij de mense July in festo sancte anne
ad ecclesiam seu altare sancte anne in orto sancti
michaellis de mense Julii in festo sancti nectorij ad
ecclesiam sancte reparate de mense settembris in
festo sancti Lodovici ad ecclesiam sancte Crucis
in festo sancte reparate de mense ottobris ad di
ctam ecclesiam sancte reparate. In festo sancti pe
tri de marrone de mense maij ad ecclesiam fratrum
sancti petri predicti in festo corporis Christi ad ecclesiam
sancti ambrosij de florentia in festo sancti domini
cj ad ecclesiam fratrum sancte marie novelle de flo
rentia In festo sancti Augustini ad ecclesiam sancti
spiritus de florentia Ac etiam possint dictus officialis
et consiliarij universitatis mercatorum et consules ar
tium Civitatis florentie habere et impune facere
omnes et singulas obblationes et quibus et prout ad mo
dum deliberatum fuit per offitium dominorum priorum

artium et vexilli iustitie populi et communis florentie et gonfa-
loneriorum societatis populi et duodecim bonorum virorum dicti communis
per triginta duas fabas ad minus ipsorum officiorum ut
in ordine dicti communis latius continetur et cura dictarum obla-
tiones et eorum expensis possit et debeat procedi et fi-
eri eo modo et forma quibus et quemadmodum provisum
seu deliberatum fuit semel et pluries et quotienscumque
per dictos officiales et sex consiliarios universitatis pre-
dicte. Et quicquid per eos in predictis et circa predicta
deliberatum et ordinatum fuit valeat et teneat et pos-
sit et debeat observari et executioni mandari. Et
quod de cetero dicti consules artium predictarum non possint
facere vel fieri facere aliquas oblationes vel propria
se congregare nisi dumtaxat oblationes in quibus non
fit mentio in presenti capitulo sub pena librarum v. pro
quolibet vice in quibus communi florentie per quemcumque
rectorem et officialem possit et debeat condempnari
quicumque contra predicta fecerit aut in eorum fra-
udem aliquid actentaverit.

De feriis et quod capture non fiant infra scriptis temporibus R. xxviiii

Statutum et ordinatum est quod infrascripti dies et
singula tempora de cetero intelligantur esse et
sint feriati et feriata et inutilia in omnibus et
singulis et ad omnes et singulas causas et actus tam
civiles quam criminales fiendos seu actitandos

indicta curia seu coram dicto officiali et sex consiliarijs qui dies et tempora sunt ista videlicet

Dies pascales nativitatis et resurrectionis domini nostri yesu xpi
Dies ascensionis domini
Dies tres pentecosten
Dies corporis xpi
Dies festivitatis sancte marie virginis de mense augusti settembris februarij et martij
Dies festivitatis duodecim apostolorum exceptis diebus cathedre et vinculo sancti petri et conversionis sancti pauli
Dies dominicales
Dies festivitatis sancti Johannis battiste de mense Junij
Dies festivitatis sancti Zenobij sancte reparate sancti bernabe et sancte Anne
Dies vigilie sancti Johannis de mense Junij

Alij autem omnes et singuli dies preter predicto intelligantur esse et sint utiles et nullatenus feriati omnibus et singulis causis et actibus tam civilibus quam criminalibus fiendis et ventillandis in dicta curia seu coram dicto officiali vel sex consiliarijs mercantie quibus quidem diebus et temporibus superius nominatis expressis nulla persona pro debito occasione debiti possit capi vel sequestrari possit et si capta vel sequestrata fuit incontinenti de facto debeat relapsari et talis captura et sequestratio non valeat et non teneat ullo modo exceptis de omnibus et singulis predictis in presenti statuto contentis quibuscumque debitoribus cessantibus et fugitivis cum rebus et pecunia alienis et hijs contra quos statuta dicte curie loquuntur acetiam forensibus nec non debitoribus suspectis de cessione absentie et fuga de quibus et quo ad modum loquuntur statuta

super posita

sup̄ positis sub rub̄ca qualiter possint capi qui essent suspe
cti et exceptis factoribus et discipulis qui convenirent ad in
stantiam magistrorum et hijs et pro hijs qui tales factores
uel discipuli fecissent administrassent uel obmisissent
in factis uel circha facta et seu negotia talium magistrorum
Ad quas personas excepti dicte ferie dicteque prohibiti
ones nullatenus se extendant. Nulla et persona pro
debito uel obligatione uel occasione debiti uel obligati
onis contractis ante tempus de quo loquitur refor
matio super hoc edita per consules opportunos populi et
cois flor. de mense augusti currentis MCCCLXXXX
iiij videlicet intra diem quintam decimam mensis settem
bris dicti anni possit capi detineri uel sequestrari in ci
vitate flor. aliquo die quo fuit pulsatum ad consi
lium populi et cois florentie uel ad aliquod dictum populi seu
cois per dictum parlamentum ne inceptum pulsari in civita
te flor. et postquam fuit bampnitum uel inceptum bam
piri ad aliquod tale consilium uel parlamentum etiam si nul
la sit uel reperiatur facta propositio in tali consilio uel
parlamento uel ipsum consilium seu parlamentum non
fuit congregatum Nec etiam pro aliquo uel aliquibus
debitis uel obligationibus contractis seu factis ante uel
post dictum diem XV settembris aut que in futurum contra
herent uel fierent aliqua persona possit personaliter capi
detineri uel sequestrari in civitate florentie aliquo die
ex his diebus quo die pulsatum et bampnitum fuit de
cetero ad consilium populi uel cois flor. vel postquam
inceptum fuit pulsari ad tale consilium et si in tali consilio
non sit uel non reperiatur factum propositum uel ipsum consilium

congratum qui dies sunt isti videlicet Duo dies pendentes et duo se
quentes festivitatis sancti Iohannis de mense Iunii
Dies prima et secunda cuiuslibet mensis novembris que
dicitur dies mortuorum
Dies quilibet initii officii dominorum priorum artium et vexilliferi iustitie
Dies quoque initii offitii gonfaloneriorum societatum populi
Dies cuiuslibet veneris sancti
Insigna propterea habeant ac si esset bampnitum et pulsatum ut
supra. Et si tali tempore fieret aliqua huiusmodi captu
ra detemptio vel sequestratio non valeat et non tene
at ipso iure Et persona capta in continenti debeat relaxari
et in pristinam libertatem reponi et predicta que dicta
sunt de concilio et parlamento non vendicent sibi locum
nec se extendat ad aliquid vel aliquid ex dictis consiliis
inveniatur seu quorum bampno diceretur quod tale consilium
fieret pro condemnatione vel absolutione. Nec
ad eos qui aliquid dare solvere et restituere dicte
universitatis mercatorum vel eius camerario pro
ipsa universitate tenerentur nec etiam ad eos pro
maleficio vel tamquam malefactor caperentur vel capi
possent seu deberent per aliquem officialem necnon
ad forensterios excepto tamen quoad forensterios die festi
vitatis sancti Iohannis de mense Iunii cum duobus precedenti
bus et duobus sequentibus diebus

Quod apotece stent clause in infrascriptis diebus. Rubrica XXX

Statutum et ordinatum est quod in civitate Florentie infra
scriptis temporibus teneantur et teneri debeat
clause apothece et fundaci cuiuslibet artis et mercantie

sub pen libr xxv cuilibet contrafacienti et seu apotecham
uel fundacum apertam uel apertum tenenti sane intelli
gendo pro inice quali etiam de facto auferenda per officiali
alem mercatorum pro medietate dicte uniuersitatis mer
catorum pro alia comuni flor applicanda Et quod sub dicta
pena officialis predictus teneatur et debeat ipsis diebus
ipsorum et quorum ex facere rimari et facientibus et repertos
culpabiles punire pena predicta et ipsam penam de facto
auferre et solui facere cum effectum que quidem tempora
sunt hec videlicet singulis annis in perpetuum

Dies prima quadragesime usque ad horam tertiam
Dies quelibet ueneris de mense martij que inciderit
seu inclusa uenerit in quadragesima usque ad horam tertiam
Dies Jouis sancti per totum diem
Dies ueneris sancti per totum diem
Dies uigilie sancti Johannis baptiste de mense iunij ab hora no
ne usque ad sero
Dies quelibet introitus dominorum priorum artium et uexilliferi Iustitie
populi et comunis flor ad dies quelibet initij officij gonfalonerii
societatum populi usque ad horam tertiam

Quod officialis teneatur seruare statuta loquen
tia de hijs occaxione florentini molesta
rentur et de decessantibus et fugitiuis Rubrica xxxi

PRO uisum statutum et ordinatum est quod dictus
officialis possit teneatur et debeat libere et im
pune tam ex suo officio et uigore sui officij
quam ad requisitionem cuiuscumque petentis cuius inte
resset uinculo sacramenti et sub pena libr centum
pro quolibet vice qua contrafecerit uel ita dicta et

singula nō servaverit cum effectu observari et exequi et executioni mandari de iure et de facto stat. cois flor. disponens qualiter contra illos quorum culpa, causa vel dolo vel alibi florentini molestarentur Et incipit si contingit aliquem etc. et aliud statutum dicti cois disponens de indempnitate cois et singularium personarum et incipit si quis de civitate comitatu vel districtu flor. privatus vel sotius etc. Et generaliter omnia et singula statuta et ordinamenta provisiones reformationes populi et cois florentie et dicti offitii universitatis mercatorum edita vel edenda contra cessantes et fugitivos cum rebus et pecunia alienis et de dicta materia loquentia Et quecumque alia iura sententias et condempnationes latas et ferendas contra eos et in eorum preiuditium et gravamen et in favorem et comodum creditorum et recipere debentium et contra omnes et singulos qui ex fuga et cessatione talium debitorum afficerentur et afficiendi venirent et quibus interesset Et contra omnes et singulos quorum culpa, defectu vel opere processum esset vel procederetur extra territorum florentinum de iure vel de facto contra cives vel districtuales florentinos vel eorum mercantias seu bona aut tales cives vel districtuales in persona vel bonis [illegible] prehenderent vel molestarent in quibuscumque [illegible] tibus prout et quemadmodum in dictis statutis ordinamentis reformationibus iuribus sententiis aut condempnationibus latis continetur et habeat vel continebit vel habebit Et quod omnia et singula statuta et ordinamenta provisiones reformationes de quibus supra in presenti capitulo fit mentio et eorum et cuiuslibet

Et contra pres & auos paternos & alios ascendentes habentes
& seu qui habuissent dicto tempore contractus talis
uel seu nepotes uel alios descendentes cessantes & fugi
entes in potat et contra socios inquantum et quatenus
socios tangeret & contra fratres ex eodem patre natos
dictorum debitorum cessantium & fugitivorum communiter &
indiviersos & in uerum & eandem mercantiam uel artem
exercentes dicto tali tempore & heredes & bonorum
possessores & detentores bonorum dictorum talium & cuiusq
cuiusq eorum in omnibus & per omnia & quo ad omnia secundum quod in dictis
dictis statutis ordinamentis reformationibus latius continetur & con
tinebitur & non contra alias personas uel in preiudicium
aliarum personarum creditorum seu attinentium dictorum talium
debitorum cessantium & fugitivorum ex forma alicuius
statuti uel ordinamenti eorum florentie uel dicte universi
tatis mercatorum saluo eo quod dictum est aliq alibi in statutis
positis sub rubrica Qui officialis procedat contra sindicos
cessantes et De filiis & nepotibus tam masculinis
quam femininis qui seu que reperirentur habere tenere
& possidere aliqua bona uel iura aut de bonis uel
iuribus que fuisset dictorum talium debitorum cessantium
& fugitivorum tempore cessationis & fuge aut que per ipsos
tales debitores possessa fuissent dicto tali tempore pro
suis & tamquam sua bona in quibus & contra quos filios
& nepotes mares & feminas in dicto casu observetur
& fiat ibidem latius continetur non obstantibus supra
dictis Et predicta in presenti capitulo facienda & exequen
da dictus officialis mercatorum teneatur dicto ad requisi
tionem & electionem cuius actoris & non rei uel conuenti qui
ad instantiam partis per dictum officialem veniret procedentur

uel aliquid faciendũ impedictis aut circha p̃dicta uel
aliquod eorum cum ubi ex officio ꝯ proprio motu dicti officiales
ueniret procedendũ uel faciendũ ad electionẽ cum uoluntate
dicti officialis ꝯ una uia electa uel incepta Liceat eis
sit uariare ꝯ aliam uiã seu uias ꝯ recursum per
talem actorem uel officialẽ saluo etiã et expresso
q ea que dicta sunt sup̃ q pr cum ꝯ tenneatur ꝯ
cogi possint per filiũ ꝯ nepotem debitorum cessantiũ ꝯ
fugitiuorum ita cum uendicet sibi locũ nisi pater
uel auus denumptiasset publice uel ꝯ ~~[illegible]~~ numpti
aij fecisset inducta ꝯ p̃dictam curiã mercatorum
ꝯ numptiũ seu preconem ꝯ mandato dicti officialis
aut in curia ꝯ curiam consulum artis ꝯ qua esset
uel fuisset ~~talibus~~ talis filius uel nepos exerceret
uel exercuisset aut magro seu magistris huiusmodi
filij nepotis uel alterius descendentis qui esset uel
fuisset factor uel discipulus ut est dictũ q ꝯ tali fi
lio uel nepote uel alio quo uis descendente nõ confidat
ꝯ q ꝯ pro eo uel eis nõ uelit ꝯ nõ intendat amplius
teneri uel aliqualiter obligari Quo casu dicta de
numptiatione facta pr uel auus ascendẽs ꝯ hijs
q talis filius uel nepos uel descendẽs fecerit con
traxerit gesserit uel administrauerit post dictã
notificationem nullatenus teneatur uel conueni
ri ualeat uel grauari

De procedendo cõtra sindicos cessantiũ ꝯ de
Materia cessantiũ ꝯ fugitiuorum R.ca xxxij

STatutum et ordinatum est quod dictus officialis forensis possit teneatur et debeat omnes et singulos
sindicos seu officiales constitutos vel constituendos
super factis et negotijs alicuius vel aliquorum merca
torum seu artificum cessantium et fugitivorum cum pe
cunia et rebus alienis vel super factis et negotijs credi
torum talium debitorum et ipsorum sindicorum et officialium
aut creditorum camerariis et depositariorum et omnes et sing
ulos alios adgnos de bonis et rebus et seu iuribus quibus
cumque dictorum talium mercatorum vel artificum cessantium
vel fugitivorum quomodocumque pervenisset vel perve
nisse diceretur. Et etiam omnes et singulos homines
et personas qui seu que de bonis et rebus talium cessan
tium et fugitivorum recepissent vel habuisset in te
nutam vel inbagamentum a communi florentie vel
ab aliquo iudice vel officiali dicti communis universi
tatis mercatorum pro iure alicuius debiti seu crediti
que bona seu res sic recepta vel habita in tenutam seu
in pagamentum fuisset tempore dicte dationis in solutum
aut dicte tenute concesse minoris extimationis seu
valoris in dimidia parte vel ultra quam fuit debitum
seu creditum pro quo talia bona seu res data vel con
cessa fuisset secundum veram et iustam extimati
onem facienda per extimatorem dicte universitatis qui
bus dictus officialis duxerit committendum. Et etiam omnes
et singulos laboratores, fictaiuolos, pensionarios et possessores
et detentores aliquorum bonorum dictorum talium cessantium
et fugitivorum et quemlibet eorum pro dictorum et quecumque gesta
et administrata per dictos sindicos et officiales seu

commissarios et camerarios invenire recircare examinare
et sindicare et ad reddendam bonam et integram rationem
et computum et reliqua restituendum et consignandum coge
re et artare breviter et summarie sine strepitu et
figura iudicii et etiam de facto prout voluerint et tam
ex suo offitio et proprio motu quam ad instantiam cuiuslibet
cuius interesset dictosque comitatus et barones et alios
et quibus supra sit medio retractare ad utilitatem
et comodum creditorum talium debitorum dictosque la
boratores fictainolos inquilinos aut possessores
seu detentores bonorum talium debitorum cogere et arta
re ad respondendum de fructibus affictibus pensionibus
et quibuscumque redditibus dictorum bonorum et rerum talium
debitorum cuiuscumque temporis et ad ipsa bona et res ta
lium debitorum dimictendum et relapsandum libere et
[illegible] et prout dicto officiali videbitur et cogere cum
effectu tales laboratores fictainolos et inquilinos et
etiam populos et inquilinos et etiam populos et homines
populorum comitatus et districtus florentie dominorum te
rritoriis seu [illegible] bona aliqua inmobilia dictorum
talium debitorum sita esset et quibus eorum prout dicto
officiali videbitur ad conducendum ipsa talia bona ad
respondendum et permictendum et comendandum et responden
do de affictibus pensionibus et redditibus ipsorum ta
lium bonorum que bona inter dicta deuetatione seu
molestationem essent vel dicerentur per aliquem vel aliquos
exbannitum vel condempnatum vel aliam quamcumque personam
Et quicquid dictus officialis invenerit supra esse vel ex
tare de bonis iuribus aut creditis dictorum talium
debitorum cessantium et fugitivorum vel ad eum pertinentes

Possit teneatur et debeat dictus officialis omni dilatione
cessante dare et distribuere seu dari et distribui facere
et inter creditores talium debitorum de civitate comita
tu vel districtu Florentie Reservata parte et rata que con
tingeret creditoribus forensibus talium debitorum et tam de
pecunia numerata quam de aliis bonis et rebus talium
debitorum quam partem et ratam dictus officialis tene
atur et debeat ponere et consignare seu deponi et
consignari facere penes sex consiliarios universita
tis predicte vel ipsorum et dicte universitatis camerarium
vel aliam seu alias personas sufficientes et idoneas de
quibus dicti sex consiliarii universitatis concorda
verint et ordinaverint bona et sufficienti satisda
tione recepta per ipsos sex ab ipsis talibus deposita
riis de solvendo pecuniam receptas et eas restituendo
et solvendo ad mandatum et declarationem dictorum
sex consiliariorum pro solvendo et satisfaciendo dictis
creditoribus forensibus ante quam fiat aliqua solu
tio vel distributio dictis creditoribus florentinis que partem
et ratam dicti sex consiliarii pro dictis forensibus tene
antur et debeant recipere seu recipi facere par
as personas ydoneas recipiendo satisdationem
predictam et salvam facere et fieri facere cum effectu
et de ipso deposito et consignatione facta teneantur
et debeant dicti consiliarii saltim infra quinque
dies proximos mictere et destinare litteras ex parte
universitatis predicte talibus creditoribus fore
sibus si qui ad ipsorum vel dicti officialis notitiam per
venerit vel eorum civibus seu dominis significando eis

tale depositum consignat et apprehensione pecunie et
bonorum eis contingentium Et quod veniant seu mictant
ad recipiendum dictorum eorum partem seu ratham
et ipsis venientibus per se vel alium legiptimum procurato
rem dictus officialis dictorum sex consiliarii mercatorum
qui pro tempore fuerint solvis faciant de ipsis cre
ditis pro ratha eis contingentur ut dictum est ab
eis vel eorum procurator legiptime finem et libera
tionem recipiant et recipere curent predictis debi
toribus et eorum heredibus et omnibus et singulis quorum
posset quomodolibet interesse. Ita quod de iure valeat
et sufficiat substineat sistat Et similiter recipiant
et recipere curent ab ipsis forensibus vel ab eorum
procuratoribus legiptimam antequam eis fiat so
lutio et distributio et libata promissione et cauti
onem idoneam quod ipsi forenses vel aliquis eorum
civitat castris vel locis eorum non impetrabunt
non procurabunt impetrari vel concedi aliquas
represalias sequestra vel arrestationes contra comune
florentie vel singulares personas dicti comunis vel eorum
bona et impetratas vel impetrandas nullo modo
utentur Et quod nullam litem questionem vel controver
siam movebunt vel moveri faciant in bonis
vel super bonis talium debitorum declarat distributis
vel alienatis per dictum officialem aut officialium
sex consiliariorum mercatorum vel per aliquos sin
dicos vel officiales ad id deputatos deputandos Et pre
dictam finem et cautionem fieri faciant per pu
blicum instrumentum vallandum et roborandum omnibus
et singulis solempnitatibus capitulis et clausulis

opportunis et in similibus consuetis secundum consuetudinem
Civitatis Flor(entie). Et quod dictum officium mercatorum una
cum dictis sex consiliariis universitatis predicte pos-
sint teneantur et debeant bona et iura que cuiusque
talium debitorum que fuerint seu quorum que tunc non essent data
soluta vel assignata dictis creditoribus apprehendere,
vendere vel alienare et pretium solvere et distribuere
et assignare creditoribus tam florentinis quam forensibus
ut superius dictum et declaratum est. Ac etiam talia
bona et iura et de talibus bonis et iuribus in solutum
dare et assignare dictis creditoribus prout uni-
cuique tangeret secundum modum et ratam superius
dictam aut secundum concordiam et compositionem habitam
et factam cum dictis talibus creditoribus ut infra
dicetur usque ad integram solutionem et satisdatio-
nem. Et quicquid super habundaret vel superesset de
bonis et iuribus talium debitorum dictum officium
una cum officio dictorum sex consiliariorum possit
teneatur et debeat restituere seu restitui facere
plenarie et cum effectu dictis debitoribus vel eorum
heredibus vel successoribus postquam integre ipsorum
creditoribus ante satis fuerit de ipsorum creditis satis
factum vel deponere seu deponi facere et reservare
prout et quemadmodum dictis officiis et officio sex
consiliariorum videbitur expedire pro securitate
et utilitate dictorum creditorum et seu securitate et
cautela dationum assignationum et distributionum
factarum et fiendarum huiusmodi creditoribus tam
florentinis quam forensibus de bonis rebus et iuribus

.taliu. Et idem facere possint teneant et debeant
dicti officiales et sex consiliarij de quibuscumque libris qua
dernis scripturis et instrumentis dictorum talium credi
torum uel eorum uel alicuius eorum societatis aut quinec
que dictorum talium debitorum uel alicuius eorum uel eorum
societatis fuissent uel fuisse dicerentur. Et si aliquis
ex creditoribus talium debitorum cessaret uel cessasset
Recipere uel non recipere insolutum bona et de
bonis et iuribus talium debitorum seu quae bona iura
et bona talium debitorum mulcta apprehensa uel de
clarata fuisset per dictum officialem forensem
et seu officialium dictorum sex et seu per sindicos uel officij
ales ad id deputatos uel deputandos eo casu di
ctus officialis forensis et sex consiliarij teneantur
et debeant conuocare consules quinque maiorum ar
tium et cum eis conferre quod agendum sit uel non
sit de predictis et ratione longeri tali uel talibus cre
ditoribus recipere nolentibus insolutum. Et quicquid
per ipsos omnes uel duas partes omnium ipsorum alijs
etiam absentibus et inrequisitis dictum et determina
tum fuit quocumque et qualitercumque etiam parte
seu partibus non citatis uel requisitis faciendo in
ter eos partitum ad secretum scruptineum ualeat
et teneat pleno iure possit et debeat obseruarj
et executioni mandarj omni exceptione opposi
tione uel defensione reiectis et non obstantibus et
quod solutio distributio et satisfactio que fient credi
toribus et inter creditores talium debitorum fiat
et fieri possint et debeant secundum concordiam et
compositionem habitam et factam per dictos creditores

uel duas partes omnium ipsorum pro numero personarum et pro mo
do seu mensura debitorum atque creditoribus uel re
cipere debentibus de ciuitate comitatus uel districtu
Florentie talis cessantis tenerentur ad observandum absque
eo quod non requisitus uel per sindicos officiales uel commissarios
ad id tunc deputatos uel deputandos dummodo non esset uel
non appareret facta concordia uel compositio super
hiis solutionibus et satisdationibus faciendis fiat
et fieri possint et debeant per soldum et libram cuiuslibet
creditoris tam seu districtualis Florentie quam forensis secun
dum qualitatem et quantitatem sui crediti salvo quod
si creditores forenses nollent consentire tali concordie aut
compositioni uel concurrere recusarent cum aliis cre
ditoribus Florentinis per soldum et libram et de hoc ap
pareat publicum instrumentum uel pacta dicte
Curie mercatorum eo casu dictis talibus forensibus
possit et eis debeant fieri et reddi ius et iustitiam se
cundum iura communia et leges imperiales. Et quod in
quocumque casu superius expresso uel non expresso illi
intelligantur et sint mercatores seu artifices cessan
tes et fugitivi cum rebus et pecunia alienis qui de
inceps de ciuitate comitatu uel districtu Florentie uel
de aliqua alia mundi parte notorie cessaverint et aufu
gerint cum rebus et pecunia alienis aut qui pro
nuntiati uel declarati aut condempnati fuerint
per dominos potestatem capitaneum comunis et populi Florentie
uel eorum uel alicuius eorum iudicem uel per iudicem uel
per dictum offitialem forensem mercatorum cum con
silio et deliberatione dictorum sex consiliariorum et unius

Illi intelligantur cessantes

uersitatis quod dicte tamquam mercatores et seu artifices ces
santes et fugitiui et processantibus et fugitiuis cum
rebus et pecunia alienis ac etiam omnes et singuli
illi super quorum factis et negotiis aut supra factis et ne
gotiis creditorum ipsorum de inceps dati et constituti fue
rint ad uniuersitatem dictorum negotiorum sindici uel
officiales per ~~publicum~~ populum et commune florentie uel
ipsius populi et communis consilia aut per alios habentes
baliam talia faciendi ¶ Et quod dictus officialis mer
catorum una cum dictis sex consiliariis et duobus aliis
probis maturis et uere guelfis mercatoribus et artifi
cibus de qualibet et pro qualibet arte quinque maiorum ar
tium Ciuitatis florentie eligendis et nominandis
per dictos sex consiliarios et per tres consulibus cuiuslibet
quinque maiorum artium et quinque consulibus quindecim
minorum artium dummodo de dictis consulibus dictorum quin
decim minorum artium non possit esse nisi unus de ali
qua ex dictis quindecim minoribus artibus uel per duas
partes dictorum consiliariorum et consulum Qui consules
eligi debeant per officialem dictorum sex de quorum quidem
eligendorum numero non possint esse eligi uel assumi ultra
quinque ex numero et de numero Creditorum huiusmodi de
bitorum ¶ Et due partes ipsorum consiliariorum et duorum
eligendorum ut prefertur pro qualibet et de qualibet
arte quinque artium predictorum una cum dicto offi
ciali forensi possint teneantur et debeant ubi
sindici uel officiales non essent dati uel constituti super
huiusmodi factis et negotiis et pro communi florentie uel
habentes baliam dandi seu constituendi uel etiam si statutis

sindacati

uel constituti fuerint ipsorum officiali seu mandato non fu
erit non consumato et completo negotio eis commissio
semel et pluries et quotienscumque omni iure et iudiciis sole
pnitatis et substantialitate obmissa et non servata etiam
de facto per se uel alios quibus commiserit et delegaverint
semel et pluries et quotiens et clarari sotios discipulos et factores
bona et iura debita et credita et nomina debitorum talium
debitorum cessantium et fugitivorum et libros instrumenta et quaslibet
scripturas et illi intelligantur sotii discipuli et factores de
bitorum et creditorum et debitorum debitores et illa intelligantur
bona iura debita et credita et nomina debitorum et libri
et scripture et instrumenta debitorum et sotiorum qui et quomodo
modum declarabitur fuerint per dictos sex et arrotos uel qui
bus commiserint et delegaverint ut dictum est Et quod per
dictos consiliarios et arrotos et due partes eorum per se uel
alios ut dictum est possint et voluntate tamen dictorum
duarum partium ad minus et numero personarum et pro modo cre
diti talium creditorum de civitate comitatum uel districtu
Florentie componere paciscisci et compositiones pacta et con
cordias facere et firmare eo modo et forma quibus
et quemadmodum voluerint et viderint convenire de con
sensu tamen et voluntate saltem dictarum duarum parti
um per creditorum uel etiam absentes et inrequisitis aut presentes
et contradicentibus uel tacentibus quorumque composito concordia et pacta
valeant et teneant et possint et debeant observari et exe
cutioni mandari possint etiam eligere facere et depu
tare et electos facere seu deputatos et quotiens prout eis
videretur revocare et denovo alium uel alios eligere
et deputare pro dictis omnibus creditoribus semel et

pluries et quotiescumque camerarius notarius seu scriba sindi
cos et seu officiales procuratores et advocatos et cum
ad litem et ad quecumque negotia et cum eo mandato
potestatis auctoritate et pro eo tempore quibus et pro
ut volent omnia et singula tamen per se vel quem
per alios quibus commiserint ut dictum est facere et
fieri facere et adimplere que et quemadmodum posset
vel potuisset quicumque sindici vel officiales quomodocumque
constituti vel ordinati per populum et comune florentie super
factis et negotiis creditorum quorumcumque cessantium et fu
gitivorum vigore quorumcumque statutorum et ordinamentorum
et reformationum populi et comunis florentini vel dicte
universitatis mercatorum et eadem potestatem arbitri
um et auctoritatem in omnibus et per omnia et quo ad omnes
et omnia ¶ salvo expresso et declarato et reservato quod
quecumque persona quodocumque seu qualitercumque
ex hijs que impredictis vel aliquo predictorum seu circa
predicta vel predictorum aliquod vel aliqua sua parte
vel dependentibus ab eisdem vel aliquo predictorum
dicti officiales et sindici seu aliquis vel aliqui ab ipsis
vel ipsorum aliquibus substituti constituti vel delegati vi
gore presentis balie potestatis et auctoritatis et libe
raverint ordinaverint et declaraverint manda
verint vel fecerint senserint se gravatam vel gra
vatam esse in persona vel rebus possit et ei liceat
recurrere et recursum habere ac suum gravamen
exponere ad officium sex consiliariorum mercantie
civitatis florentie tamen presentium quam futurorum et qui pro
tempore fuerit qui sex statim facto ipso recursu

infrascriptam diem proxime futuram teneantur et debeant semel et pluries et quotiens eliger et assumer duos mercatores cives florentinos et guelfos quos voluerint de et pro qualibet arte quinque maiorum artium dicte civitatis sub pena pro quolibet dictorum consiliariorum quingentarum libr. f.p. et pro qualibet vice qua contra factum fuerit com. florentie applicanda Qui sex consiliarii et adiuncti sic eligendi ut predicitur seu due partes eorum ut dictum est possint teneantur et debeant sub pena mille libr. f.p. ab eis auferenda totiens quotiens contrafecerint et com. florentie applicanda infra unum mensem proximum a die facti recursi predicti ipsum recursum seu recursi causam examinare et summarie diffinire et decidere de iure seu de facto prout eis seu duabus partibus eorum placuerint et crediderint convenire Quorum diffinitioni predicte circha dictum recursum et eius causam stari debeat et ipsa eorum diffinitio et decisio circa predicta debeat inviolabiliter observari Et ne defectu predictorum quinque consiliariorum et ipsorum adiutorum impediri possit vel retardari dicti recursus cognitio et seu decisio in preiudicium recurrentis seu recurrere volentium teneatur et debeat iudex et officialis mercantie presens et futurus ad petitionem talium recurrentium vel recurrere volentium et cuiuslibet ipsorum dictum officialium seu consiliariorum sex vel dictos adiunctos quotiens aliquis recurrens seu recurrere volens ipsum iudicem et officialem requisiverit adunari et adunari facere in domo habitationis sue donec ipse recursus fiat et ut procedit decidatur sub pena centum librarum f.p. sibi indicti

provincie quolibet qua contra fecerit auferenda et communi
florentie applicanda. Et hoc addito quod contra venditionem
alienationem concessionem et seu contradictionem
que fieret de bonis predictis ut dictum est nullus re
cursus competat nisi proponat seu petat ante
quatuor menses post talem venditionem alienati
onem et concessionem et traditionem et postquam bamp
nitum fuerit per civitatem per bampnitorem communis florentie
talem venditionem alienationem concessionem et tra
ditionem factam esse ita quod nullus proponens post
dictos quatuor menses audiatur et novo talem re
cursum proponens post ipsos quatuor menses ut
dictum est. Et dictus officialis forensis mercatorum
summatim et de facto et prout voluerit possit tene
atur et debeat incipiendo etiam a personarum et rerum
captura et apprehensione bonorum quolibet loco et tempore
quantumque feriato vel prohibito in personam et rebus
cum effectu et precise cogere et cogi facere talem
debitorem et dictorum talium debitorum et debitores et so
tios in quantum et quatenus socios tanget uxores mulieri
bus viris et filii tempore debiti contracti in potestate
patris existentes et fratres communiter viventes
eandem artem et mercantiam facientes et omnes
et singulos alios qui pro ipsis temporibus cessanti
bus et fugitivis vel eorum aliquo tenerentur vel
efficerentur in eis dictis possint et poterint secundum
formam statutorum et ordinamentorum dicte univer
sitatis mercatorum ad solvendum satisfaciendum dictis
talibus creditoribus vel eorum commerario integre
de ipsorum crediti. Dummodo nullus filius masculus

qui natus nõ fuisset tempore cessationis et fuge aut qui tempore contractj debitj seu qui ageret fuisset emancipatus legiptime Et nullaque filia femina qui cumque nata aliũ debitore uel alicuius eorum possit uel debeat pro predictis debitoribus uel eorum debitis tenerj capj uel modo aliquo molestarj nisi in casu quo reperirent talẽ filiũ uel filiam per se uel alium habere tenẽ et possidere seu quasi possidere aliqua bona uel iura, aut de bonis uel iuribus que tempore cessationis uel fuge fuisset dictj talis debitoris uel per eos uel eorum nomine fuissent possessa per suis et tamque sua bona de quo si reno cedunt et dubium si renocerent stet et starj debeat declaratione que fieret semel et pluries et quotiens per dictum offitialem et consiliarios mercatie talis declaratio habeatur pro ueritate Et si quis Venerit ad defensionem bonorum suorum aut omnium taliũ debitorũ seu ipsorum debitor esse uel fuisse dicerentur contra quos procedj uel cognioscj pot seu debet uigore presentis capitj uel contentis in eo audiatur in aliquo nec eius petitio uel protestatio admictatur nisi primo fecerit depositũ penes camerariũ dictae uniuersitatis de florenis trecentis auri et plus et minus ad arbitrium dictj offitialis et specta condictione persone et qualitate factj Et, si apparuerit per quatuor testes bone fame probantes de publica fama uel per declaratione que fieret per dictum offitialem et sex consiliarios probatis iura et instrumenta producta uel allegata ad talem uel pro talj defensione

esse facta ipsi

ēē facta ipsi depositum pro una dimidia dicte universi
tati et pro alia dimidia parti contra quam factum fuerit
incontinenti ipso facto applicet et trahi debeant per dictum
Camerarium licite et impune et talia instrumenta probationes
et iura intelligantur et sit cassa et nullius valoris et eis re
numptiare ipso cogatur pars producens et allegans de facto
per officialem predictum et nichilominus ultra predicta pro
ducens vel utriusque et sic per procuratorem generalem eius
puniat et condempnet pro qualibet vice per dictum offi
cialem forensem in libr. centum et plus ad arbitrium dicti
officialis inspecta qualitate facti et conditione per
sone ❡ Et quivis ex dictis debitoribus cessantibus et fugi
tivis seu qui sunt hodie pro cessantibus et fugitivis se
cundum ea que superius dicta sunt qui non solverit
et non satisfecerit integre omnibus et singulis suis credi
toribus dictis ipsorum et cuiusque ipsorum veram sortem et capitale
pervenerit aliquo tempore ad pinguiorem fortunam te
neatur et debeat et effectualiter cogi possit per dictum
officialem et totum illud quod in rei veritate restituisse
dare seu solvere cuique ex dictis creditoribus suis satis
facere adimplere ipsis suis creditoribus usque ad in
tegrum capitale tantum quantum poterunt seu facul
tati sufficient habita ratione ut egere ad declarati
onem dicti officialis et consiliariorum et duorum consulibus
quinque maiorum artium cuiuslibet predictarum eligendum
per officialem dictorum sex consiliariorum vel duarum partium
ipsorum aliis et absentibus irrequisitis ~~non obstantibus quacumque~~
non obstantibus quacumque compositione translatione fine
aut pacto de non petendo vel alia quavis liberatione
facta seu factis huiusmodi debitori ❡ Et quod aliquis non satis
fecerit integre verum capitale ❡ Et quod ad pinguiorem fortunam

probari possit [illegible] probationes [illegible]

per venerit probari possit et publicam famam vel per alias pro
bationes vel indicia que viderunt sufficere dictis offici
ali et sex consiliariis una cum dictis duobus consulibus
pro qualibet dictarum quinque artium ut dictum est et simi
liter probari possit quod aliquis notorie aufugiens
vel cessaverit cum rebus et pecuniis alienis et per publicam
famam et tales probationes et quelibet earum in casu suo
habeantur pro plenis et sufficientibus probationibus et
quod dictus officialis forensis in predictis et quolibet predictorum
in presenti statuto contentorum et dependentibus et con
nexis et circa ea et quolibet ipsorum habeat et habere intel
ligatur liberum arbitrium et possit teneatur et debeat pre
dicta omnia et singula observare et executioni mandare
et observari et executioni mandari facere cum effectu sub
pena librarum ducentarum pro una dimidia applicanda
communi Florentie pro alia dimidia applicanda dicte uni
versitati mercatorum et eidem officiali auferenda
pro qualibet vice qua fuerit in predictis et circa predicta
quomodolibet negligens et remissus et omnes et singulos
inobedientes sibi in predictis vel circa predicta vel
hiis que deveneriit vel mandaverit quocumque pro
expeditione vel executione premissorum possit et de
beat dictus officialis quocumque et de facto multare
punire et condennare in ea quantitate et qualita
tibus qua et quibus et quemadmodum voluerit et etiam
capere et capi facere et in carceribus detinere et omnia
et singula facere et fieri facere que sibi videbuntur
pro celeri et expeditione et executione omnium pre
missorum ac etiam pro predictis et eorum expeditione

possit torquere et ad tormenta ponere, si et quotiens vi-
derit expedire. Dummodo nullus torqueat vel ad
tormenta ponat vel poni faciant sine conscientia et
consensu saltem trium dictorum sex consiliariorum. Et quod
pro hiis que dictus officialis fecerit vel fieri fecerit
vel mandaverit ex suo officio et proprio motu in pre-
dictis vel circha predicta vel aliquod eorum vel eorum vel
alicuius eorum pretextu vel occasione nulla exigat vel
solvi debeat dirictura in dicta Curia mercantie. Et
quod omnia et singula que facta gesta vel ordinata fuerint se-
cundum ea que in presenti statuto tradita sunt va-
leant et teneant et possint et debeant inexpugnia-
biliter et irrevocabiliter observari et executioni man-
dari, nullo predictorum remisso obstante, et omni et quacumque ex-
ceptione oppositione defensione et consilio sapientis
petito remotis; et ab eis et ab aliquo eorum modo aliquo
non possit appellari vel de nullitate aut iniquitate
dici vel dependentibus vel opponi vel ius officii implorari ut
aliqua restitutio peti vel concedi contra ea vel aliquod
eorum vel contra eorum vel alicuius eorum observationem
et executionem. ~ ~ ~

Quod quilibet officialis teneatur exequi pro-
cessus et sententias officialis et consiliariorum.
R.a XXXIII

Statutum et ordinatum est quod omnes et singuli re-
ctores et officiales artium dicte Curie presentes et futuri
teneantur et debeant quando et quotiens fuerint ipsi
vel aliquis eorum officium dicti officialis et dictorum consi-

tiariorum et eorum iurisdictionem defendere et manutenere
et eorum sententias et processus executioni et executionem man
dari toto posse. Et in executione officii dicti officialis
dare prebere ~~aut~~ auxilium et favorem et ipsorum denique
eorum notariis berroariis et familia dare et concedere
quando et quotiens eis fuerit requisitum aliquis ex
predictis sub pena librarum ducentarum pro qualibet
vice pro dimidia dicte universitati et pro alia
camere florentie applicanda et qua requisitione stetur
simplici verbo officialis vel alicuius ex ipsius notariis
fide dignis

Incipit Liber Tertius Statutorum Mercantie et Mercatorum Civitatis Florentie

De pena offendentis officialem vel aliquem di sua familia. Rubrica p[a]

Statutū & ordinatū est qđ si quis percusserit uel
offenderit aut fecerit uel offendi fecerit dictū
officialem uniuersitatis mercantie puniat
et condempnet & condempnari possit & debeat per
predictum officialem ut per quēcūq; aliū rectorē uel
officialem forensem cōis florētie in sexcuplo eius quo
cōdēpnaretur seu cōdēpnari deberet ex forma statuti
cōis florētie aliquis florētinus si aliū florētinū talit
offendisset Et si aliquem de suis notariis in triplo et si aliquē
de suis berrouariis in duplo Et si non ~~dicta fuerint~~ neca ba ... officiali uel alicui de suis notariis uel alicui de suis
berrouariis puniat talia verba dicens dicto officiali
in libr quinquaginta fp. not in libr xxv fp. berrouarii
in libris decē fp. Et quicūq; dixerit ~~aliqua~~ verba iniu
riosa uel turpia alicui in presentia dicti officialis
puniatur de facto per officialem predictum usq; in libr decē
fp. prout uidebitur cōsiderata condictione personarum
& modo talis iniurie Quas penas dictus officialis possit
teneatur & debeat de facto & sine strepitu & figura
iudicii & absq; alio processu imponere ac exigere & exi
gi facere per quācūq; rectorem & officialem cōis flo
rētie atq; aliis & distinguentibus incipiendo etiā a personarum
captura & quolibet die & loco quantumlibet feriato
& prohibito Et quicūq; dicto officiali aut suis notariis
berrouariis nuntiis uel famulis in actu eorum eripuerit
aliquam personam que de licentia uel mandato dicti
officialis capta esset pro aliquo debito uel delicto uel
pro aliquo processu uel cōdempnatione uel auxilium cō
silium uel fauorem prestiterit ad euadendum uel quo=
minus talis persona capta ueniat in fortiam dicti officialis
aut cōis flor. soluat & soluere teneat & debeat & cogi

possit et debeat predictum officialem ad soluendam condempnationem et debitum pro qua dicto seguito capta fuisset et talis persona esset pro aliquo maleficio capta esset de quo talis persona capta non fuisset punita vel condemnata possit et debeat puniri et condempnari in ea quantitate et pena in qua talis persona capta veniret punienda vel condempnanda secundum statuta et ordinamenta dicte universitatis vel consiliorum et de predictis stetur relationi notarii vel alicuius ex berroariis dominus nun[tiis] predicti dicti officialis cum iuramento et habeat talis relatio plenam sufficientem probationem

Quod officialis teneatur statuta servare R° ij

Statutum et ordinatum est quod dictus officialis teneatur et debeat statuta et ordinamenta dicte universitatis observare et observari facere et executionibus mandare sub pena et penis et gravaminibus in talibus statutis et ordinamentis appositis et ubi pena non esset apposita vel dicta sub pena librarum centum pro quolibet statuto aut ordinamento non servato et pro qualibet vice dicte universitati condempnari applicanda et de suo salario sibi retinenda et in quibus debeat condempnari per sindacos qui eum sindicabunt et ubi statuta et ordinamenta dicte universitatis non loquerentur teneatur et debeat servare statuta et ordinamenta comunis Florentie que de materia disponerent et que de hiis que determinata non forent per statuta

et ordinamenta dicti comunis teneatur servare tura comunia. Item dictus officialis cum omni studio exigat et exigi facere teneatur et debeat omnes et singulos debitores presentes et futuros dicte universitatis ipsosque cogat et cogi faciat ad solvendum et satisfaciendum integre camerario dicte universitatis totum quod solvere et satisfacere teneret omni modo et via quibus et prout voluerit et de facto et quocumque loco et tempore quomodolibet feriato vel prohibito in omnibus et per omnia sic possent et poterunt cogi vel egi quicumque debitores comunis Florentie per aliquem rectorem vel officialem dicti comunis.

Quod officialis possit tenere tormentum. Rubrica iii

Statutum et ordinatum est quod dictus officialis possit sibique liceat in domo sive palatio dicte universitatis ubi inhabitat habere et tenere quodlibet genus tormentorum et in casibus modo et forma sibi concessis et permissis ex forma statutorum et ordinamentorum dicte universitatis et non aliter possit licite et impune torquere et torqueri facere discrete tamen et moderate et precedentibus inditiis vel indictio que seu quod dicto officiali videatur sufficere ad talem torturam faciendam.

Quod officialis faciat actiones tirahi vel dero bantis venditionis vel permutationis. Rubrica iiii

Statutum et ordinatum est quod dictus officialis teneatur et debeat ad instantiam et requisitionem cuiusque petentis qui esset de mercan//

toribus uel artificibus alicuius ex magnis una artibus congnoscere procedere terminare et finire sine strepitu et figura iudicij et omnibus solempnitatibus et substantialitatibus iur et statutorum obmissis et omni tempore auditum feriato et habeant con[cessi]onem iurisdictionem et liberum arbitrium in cognoscendo pronumptiando et terminando et omnibus et super omnibus et singulis mercantiis uel rebus que dicerentur esse uel fuisse derobbata que uendita uel permutata essent uel uenderent seu permutarent mercatoribus uel hominibus dictarum artium uel alicui de dictis artibus et propterea possit dictus officialis teneatur et debeat procedere [pu]nire et condemnare et iure et de facto ad eiusdem officialis arbitrium et uoluntatem contra talem uenditorem et permutatorem talis rei derobate uel furate uel qui partem habuisset uel habere seu acciperet uel acciperet et dicta re derobata uel furata et facere tali uel talibus emptoribus permutatoribus qui bona fide emissent uel recepissent talem rem derobatam uel furatam integre satis fieri cum omni refectione damnorum et expensarum et interesse que propterea fecissent uel reportassent

Quod officialis procedat contra committentes falsitatem uel dolum in libris rationum uel aliarum scripturarum. R[ubrica] V

Statutum et ordinatum est quod quicumque de aliqua magnis artium committeret aliquam falsitatem dolum uel fraudem in suis libris qua

dernis rationibus uel scripturis radendo abolendo cancellando uel folea extrahendo aut plus uel minus ueritate scribendo uel aliquas scripturas mutando uel uitiando dictus officialis Teneatur et debeat talem librum rationem uel scripturas sic uitiatas uel uitiatas iussi facere et ad ueram figuram et ueritatem reintegram et talem delinquentem punire et condempnare ad eius arbitrium et uoluntatem inspecta qualitate facti et conditione persone et in predictis et circa predicta et dependentia et connexa habeat et habere intelligatur dictus officialis auctoritatem et potestatem et iurisdictionem in procedendo inuestigando puniendo et condempnando et condempnationes exigendo simpliciter et de plano et sine strepitu et figura iudicij et omni solempnitate obmissa et quos die et loco quolibet non prohibito si et quotiens opus esset et pro predictis et eorum occaxione possit torqueri et torqueri facere et omnia et singula facere uoluerit pro ueritate inuenienda et pro executione predicta dummodo nullam personam torqueat uel ad tormenta ponat uel poni faciat sine conscientia et consensu saltem trium ex dictis sex consiliariis sub pena librarum ducentarum proquaqualibet uice

De reprobationibus et accusationibus testium et eorum inductionibus R. VI.

Falli dicos testes qui deum contennunt iudicem deludunt et proximum ledunt uolentes obuiare uenalis pleti sancitum et promissum est quod dictus offitialis teneatur et debeat testem qui falsum

Testimonium dubisset uel deposuisset quocumque in eius cur personaliter capi facere et in eius aut dicti potestatis Civitatis florentie uel domini capitanei populi fortiam duci et eum aut eos siue predictum dominum potestatem uel capitaneum suniat et condempnet siue puniri et condempnari faciat secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis florentie. Et similiter faciat et facere teneat et debeat de omnibus et singulis de quibus in dicta curia uel aliquis falsus testis productus esset uel reperiretur ac etiam de quibuscumque et quoscumque qui in dicta curia produceret uel ueni rentur aliquid falsum instrumentum uel scripturam Et si quis uoluerit testem uel testes partis aduerse uel dicta et attestationes reprobare possit hoc facere infra sex dies utiles proximos futuros post diem publicationis talem testium et attestationum. Et intra eundem terminum si uoluerit testem uel testes de falso uel producentem eum uel eos accusare uel denumptiare teneatur et debeat tale denumptiationes uel accusationes facere et ante omnia in quolibet casum predictorum prius iurare debeat corporaliter ad sancta dei euangelia se talia non facere fraudulenter calumpniose aut per malitiam sed solum pro ueritate abinde uero in antea non audiatur uel ad mictatur talis reprobans uel denumptians uel accusans

De pena tondentis maculantis uel dantis malam monetam Rubrica VIII

Statutum et ordinatum est quod nullus campsor bancherius seu numularius audeat uel presumat retinere seu habere ad usum banchi

aut alibi aut dare vel expendere seu dari vel expendi fa
cere quoquomodo aliquem grossum vel aliquam monetam
argenteam minoris ponderis quam esse debeat secundum
formam statutorum et ordinamentorum communis florentie seu domi
norum officialium zeche dicti communis florentie vel artis campsorum
civitatis florentie sub pena librarum decem f.p. pro quolibet
grosso et pro qualibet alia moneta sic vitiata et pro qua
libet vice eidem qui contra fecerit de facto et sine alio
processu et condempnatione auferenda per dictum officia
lem et pro dimidia applicanda dicte universitati et pro
alia officiali predicto salva omni alia maiori pena
pro predictis imponeret per aliqua statuta vel ordina
menta communis florentie. Item quod nullus cuiuscumque
conditionis dignitatis vel status existens audeat vel
presumat tondere vel minorare aut maliciose deterio
rare aliquo modo aliquam monetam argenteam expen
dibilem vel de ea aliquid incidere sub pena librarum quin
gentarum f.p. pro qualibet moneta sic maculata vel
vitiata et pro qualibet vice pro dimidia applicanda
communi florentie et pro alia universitati predicte.
Nec audeat vel presumat de inceps modo aliquo
extrahere mictere vel portare aut extrahi mitti
vel portari facere extra civitatem florentie flo
renos veteres de sigillo sub pena flor. auri viginti pro
quolibet centinario summe que sic extraheretur mitteretur
seu portaretur et pro qualibet vice ex predictis florenis
veteribus de sigillo vel de hiis florenis auri essent pon
deris infra summam non possit similiter extrahi mitti
aut portari per aliquem extra comitatum vel districtum florentie
sub eadem pena similiter et mictenda quarum penarum

dimidia sit et esse debeat dicte universitatis et reliqua
dimidia communis Flor. ¶ Salvo quod predicta non intelligatur
sibi locum contra aliquem vel aliquos seu extraheret mi
tterent vel portaret seu extrai mitti vel portari fa
ceret extra dictam Civitatem Comitatum vel districtum
usque in summa et quantitate florenorum auri quinquaginta
pro una vice et non ultra ¶ Item quod domini officiales et sex
consiliarii possint et debeant stare et esse vigiles et
attenti contra omnes et singulos qui facerent seu fieri fa
cerent et ragunata congregationem monete in magna
seu minus honesta summa maxime predicendo quo
